Nam equidem ipſorum & liberos & uxores Trallibus præſidio ſeptos habeo, quibus ipſis etiam non carebunt, ſed virtuti erga me priſtinæ condonabuntur.

9. Hæc Cyrus ait. At è Græcis, ſi qui erant minus ad expeditionem alacri animo, perſpecta ipſius virtute, lubentius & alacrius eum ſequebantur. Poſt hæc Cyrus caſtris quartis, paraſangas viginti ad Chalum fluvium, cujus erat unius plethri latitudo, progreditur. Erat is magnis manſuetiſque piſcibus refertus, quos Syri pro Diis habebant, neque lædi eos patiebantur, ſicuti ne columbas quidem. Vici, in quibus caſtra metabantnr, Paryſatidi erant ad vitæ ſumtus attributi.

10. Hinc caſtris quintis, paraſangas triginta ad Daradacis fluvii fontes pergit, cujus erat unius plethri latitudo. Heic Beleſis erat regia, qui Syriæ cum imperio præfuerat, & ingens admodum eleganſque hortus, quo continebantur omnia, quæcunque anni tempora proferunt. Hunc

Κῦρος δ' αὐτὸν ἐξέκοψε, καὶ τὰ βασίλεια κατέκαυσεν.

ια'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος τεττάρων σταδίων. καὶ πόλις αὐτόθι ᾠκεῖτο μεγάλη καὶ εὐδαίμων, Θάψακος ὀνόματι. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας πέντε· καὶ Κῦρος μεταπεμψάμενος τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἔλεγεν, ὅτι ἡ ὁδὸς ἔσοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κελεύει αὐτοὺς λέγειν ταῦτα τοῖς στρατιώταις, καὶ ἀναπείθειν ἕπεσθαι.

ιβ'. Οἱ δὲ, ποιήσαντες ἐκκλησίαν, ἀπήγγελλον ταῦτα· οἱ δὲ στρατιῶται ἐχαλέπαινον τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἔφασαν αὐτοὺς πάλαι ταῦτα εἰδότας κρύπτειν. καὶ οὐκ ἔφασαν ἰέναι, ἂν μή τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ, ὥσπερ καὶ τοῖς προτέροις μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι παρὰ τὸν πατέρα τοῦ Κύρου, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ μάχην ἰόντων, ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρὸς Κῦρον.

ιγ'. Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ ἀπήγγελλον. ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε ἀργυρίου μνᾶς, ἐπὰν

εἰς

Hunc Cyrus excidit, & regiam cremavit.

11. Inde caſtris tertiis, paraſangas quindecim ad Euphratem fluvium procedit, cujus erat quatuor ſtadiorum latitudo. Ibidem urbs ampla & locuples erat, cui nomen Thapſacus. Heic dies quinque ſunt commorati, & Cyrus arceſſitis Græcorum ducibus, iter hoc inſtitui Babylonem aiebat adverſus magnum regem, idque tum dici militibus jubet, tum perſuaderi eiſdem, ut ſequerentur.

12. Illi coacta concione quum hæc renuntiarent, milites ducibus ſuccenſebant, & aiebant hæc ipſos dudum perſpecta habuiſſe, atque occultaſſe. Negabant itidem progreſſuros ſe, niſi data pecunia, quæ illis Græcis data fuiſſet, qui cum Cyro ad patrem prius iter fecerant; præſertim quum illi nullam ad pugnam exiiſſent, ſed patre Cyrum arceſſente.

13. Hæc Cyro renuntiant duces, qui ſe in ſingulos daturum minas argenti quinque pollicetur,

quamprimum

εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι, καὶ τὸν μισθὸν ἐντελῆ, μέχρις ἂν καταστήσῃ τοὺς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν. τὸ μὲν δὴ πολὺ τοῦ Ἑλληνικοῦ οὕτως ἐπείσθη. Μένων δὲ, πρὶν δῆλον εἶναι τί ποιήσουσιν οἱ ἄλλοι στρατιῶται, πότερον ἕψονται Κύρῳ ἢ οὔ, συνέλεξε τὸ αὑτοῦ στράτευμα χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ ἔλεξε τάδε.

ιδ΄. "Ἄνδρες, ἐὰν ἐμοὶ πεισθῆτε, οὔτε κινδυνεύσαντες, οὔτε πονήσαντες, τῶν ἄλλων πλέον προτιμήσεσθε στρατιωτῶν ὑπὸ Κύρου. τί οὖν κελεύω ποιῆσαι; νῦν δεῖται Κῦρος ἕπεσθαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ βασιλέα. ἐγὼ οὖν φημὶ ἡμᾶς χρῆναι διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν πρὶν δῆλον εἶναι ὅ,τι οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινοῦνται Κύρῳ. ἢν μὲν γὰρ ψηφίσωνται ἕπεσθαι, ὑμεῖς δόξετε αἴτιοι εἶναι, ἄρξαντες τοῦ διαβαίνειν, καὶ ὡς προθυμοτάτοις ὑμῖν οὖσι χάριν εἴσεται Κῦρος, καὶ ἀποδώσει· (ἐπίσταται δ᾽ εἴ τις καὶ ἄλλος·) ἢν δ᾽ ἀποψηφίσωνται οἱ ἄλλοι, ἄπιμεν μὲν

πάντες

quamprimum Babylonem veniſſent; itemque ſtipendium integrum, tamdiu, donec ipſos in Ioniam reduxiſſet. Huic conditioni bona Græcorum pars acquievit. Meno autem prius quam pateret, quid milites cæteri facturi eſſent, ſequuturine Cyrum, an non; copias ſuas ſeorſum cogit, & hac eos oratione compellat.

14. Si mihi parueritis, milites, nullo nec periculo, nec labore veſtro conſequemini, ut majori vos Cyrus honore, quam cæteros milites, afficiat. Quid ergo faciundum cenſeo? Rogat nunc Cyrus, ut adverſus regem ſe Græci ſequantur. Ego vero aio debere nos Euphratem fluvium trajicere, prius quam quid reliqui Græci reſponſuri Cyro ſint, conſtet. Quod ſi decreverint, ſequendum eſſe; vos illi totius rei auctores extitiſſe videbimini, à quibus trajiciendi factum fuerit initium: atque adeo gratiam vobis Cyrus, ut gratificandi ſibi ſtudioſiſſimis, habebit ac referet; quod quidem ſi quiſquam alius, ipſe certe facere novit. Sin cæteri ſecus ſtatuerint, univerſi

verſi

πάντες εἰς τοὔμπαλιν· ὑμῖν δ' ὡς μόνοις πειθομένοις πιστοτάτοις χρήσεται καὶ εἰς φρούρια καὶ εἰς λοχαγίας, καὶ ἄλλου οὗ τινος ἂν δέησθε, οἶδα ὅτι ὡς φίλου τεύξεσθε Κύρου. „

ιε'. Ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο, καὶ διέβησαν, πρὶν τοὺς ἄλλους ἀποκρίνασθαι. Κῦρος δ' ἐπεὶ ᾔσθετο διαβεβηκότας, ἥσθη τε, καὶ τῷ στρατεύματι πέμψας Γλοῦν, εἶπεν· "Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἤδη ὑμᾶς ἐπαινῶ. ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ἐπαινέσητε, ἐμοὶ μελήσει, ἢ μηκέτι με Κῦρον νομίζετε. „

ιϛ'. Οἱ μὲν δὴ στρατιῶται, ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ὄντες, εὔχοντο αὐτὸν εὐτυχῆσαι· Μένωνι δὲ καὶ δῶρα ἐλέγετο πέμψαι μεγαλοπρεπῆ. ταῦτα δὲ ποιήσας, διέβαινε. συνείπετο δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτῷ ἅπαν, καὶ τῶν διαβαινόντων τὸν ποταμὸν οὐδεὶς ἐβρέχθη ἀνωτέρω τῶν μαστῶν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ.

ιζ'. Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον, ὅτι οὐ πώποθ' οὗτος ὁ ποταμὸς

verſi quidem domum revertemur; ſed vos tamen, ut ſolos dicto audientes, fidiſſimorum loco habebit, & ad præſidia, & ad præfecturas cohortium; ac ſi quidem aliud etiam quid fuerit, quod requiretis, ſcio vos ab Cyro veſtri ſtudioſo impetraturos.

15. Quæ quum illi audiſſent, obtemperabant; ac prius, quam alii reſponderent, trajiciebant. Quos ubi Cyrus tranſmiſiſſe animadverteret, magnam voluptatem cepit, ac ſtatim ad eas copias Glun cum his verbis miſit: Equidem vos jam laudo, verum ut vos viciſſim me laudetis, mihi curæ erit, aut pro Cyro me non amplius habebitis.

16. Milites magna ſpe concepta, fauſta feliciaque ipſi omnia precabantur. Menoni etiam magnifica munera miſiſſe ferebatur. Quibus peractis, & ipſe tranſmittebat, & univerſus eum exercitus ſequebatur; ac nemo ex iis, qui amnem trajiciebant, ſupra mamillas madefactus fuit.

17. Affirmabant Thapſaceni, nunquam alias id flumen pedibus tranſ-

ταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ πλοίοις· ἃ τότε Ἀβροκόμας προϊὼν κατέκαυσεν, ἵνα μὴ Κῦρος διαβῇ. ἐδόκει δὲ θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμὸν Κύρῳ ὡς βασιλεύσοντι.

ιη'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Συρίας σταθμοὺς ἐννέα, παρασάγγας πεντήκοντα, καὶ ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν Ἀράξην ποταμόν. ἐνταῦθα ἦσαν κῶμαι πολλαί, μεσταὶ σίτου καὶ οἴνου. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο.

ΚΕΦ. ε'.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Ἀραβίας, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, σταθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγγας τριάκοντα καὶ πέντε. ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ ἦν μὲν ἡ γῆ πεδίον, ἅπαν ὁμαλὸν ὥσπερ θάλαττα, ἀψινθίου δὲ πλῆρες· εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἐνῆν ὕλης ἢ καλάμου, ἅπαντα ἦσαν εὐώδη ὥσπερ ἀρώματα.

β'. Δένδρον δ' οὐδὲν ἐνῆν· θηρία δέ, πλεῖστοι μὲν οἱ ἄγριοι

ὄνοι,

tranſmiſſum fuiſſe, quam hoc tempore: quippe quod navigiis tantum trajiciatur, quæ præcedens ante ipſos Abrocomas exuſſerat, ne Cyrus trajiceret. Res quidem ipſa divinitus accidere viſa eſt, quaſi fluvius ipſe Cyro regnaturo cederet.

18. Deinceps per Syriam progreditur caſtris IX, paraſangas L, & ad Araxem fluvium perveniunt. Heic vici multi erant, frumento & vino referti. Quamobrem triduum ibidem hærent, & commeatum comparant.

CAP. V.

Hinc per Arabiam, quum Euphratem haberet ad dextrâm, caſtris quinque, paraſangas XXXV per ſolitudinem conficit. Hoc loco planities tota maris inſtar æquabilis erat, abſinthio plena. Si quid aliud habebat vel fruticeti, vel arundinum, ea vero univerſa inſtar aromatum erant fragrantia.

2. Arbor quidem certe nulla erat. Ex feris habebat ſylveſtres

 aſinos

ὄνοι, οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ αἱ μεγάλαι· ἐνῆσαν δὲ καὶ ὠτίδες καὶ δορκάδες. ταῦτα δὲ τὰ θηρία οἱ ἱππεῖς ἐδίωκον ἐνίοτε· καὶ οἱ μὲν ὄνοι, ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες ἀνειστήκεσαν. (πολὺ γὰρ τοῦ ἵππου θᾶττον ἔτρεχον·) καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταὐτὰ ἐποίουν· ὥστε οὐκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ διαστάντες οἱ ἱππεῖς θηρῷεν διαδεχόμενοι τοῖς ἵπποις. τὰ δὲ κρέα τῶν ἁλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις, ἁπαλώτερα δέ.

γ'. Στρουθὸν δὲ οὐδεὶς ἔλαβεν. οἱ δὲ διώξαντες τῶν ἱππέων ταχὺ ἐπαύοντο. πολὺ γὰρ ἀπέσπα ἀποφεύγουσα, τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἄρασα, ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη. τὰς δὲ ὠτίδας, ἄν τις ταχὺ ἀνιστῇ, ἔστι λαμβάνειν. πέτονται γὰρ βραχὺ, ὥσπερ πέρδικες, καὶ ταχὺ ἀπαγορεύουσι. τὰ δὲ κρέα αὐτῶν ἥδιστα ἦν.

δ'. Πορευόμενοι δὲ διὰ ταύτης τῆς χώρας, ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν Μασκᾶν ποταμὸν, τὸ εὖρος πλεθριαῖον. ἐν-

aſinos quamplurimos, ac ſtruthiocamelos grandes haud paucos. Erant heic & otides & damæ. Atque has feras equites nonnunquam inſectabantur. Aſini quidem iſti, ſi quis perſequeretur, præcurrebant, ac deinde reſtitabant, quod multo velocius equo currerent; & rurſus equo propius accedente, idem factitabant. Itaque capi non poterant, niſi ex intervallo diſtarent equites, atque aliis alii ſuccedentes, eos venando urgerent. Si quæ caperentur, carnes habebant cervinis quidem illas conſimiles, ſed aliquanto teneriores.

3. Struthiocamelum nemo cepit, adeoque qui perſequuti eos fuerant equites, cito deſierunt. Nam volando fugiebat, quum & pedum curſu, & alis expanſis pro velo uteretur. Otidas, ſi quis celeriter ſuſcitet, licet capere. Nam breve ad intervallum tanquam perdices volant, & celeriter defatigantur. Carnes harum ſuaviſſimæ erant.

4. Facto per hanc regionem itinere, ad Maſcam fluvium perveniunt, cujus erat latitudo plethri unius.

ἐνταῦθα ἦν πόλις ἐρήμη μεγάλη, ὄνομα δὲ αὐτῇ Κορσωτή, περιεῤῥεῖτο δὲ αὕτη ὑπὸ τοῦ Μασκᾶ κύκλῳ. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο τὸ στράτευμα.

ε'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς ἐρήμους τρεισκαίδεκα, παρασάγγας ἐνενήκοντα, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, καὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ πύλας. ἐν τούτοις τοῖς σταθμοῖς πολλὰ τῶν ὑποζυγίων ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ λιμοῦ· οὐ γὰρ ἦν χόρτος, οὐδὲ ἄλλο δένδρον οὐδέν, ἀλλὰ ψιλὴ ἦν ἅπασα ἡ χώρα. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες, ὄνους ἀλέτας παρὰ τὸν ποταμὸν ὀρύττοντες, καὶ ποιοῦντες, εἰς Βαβυλῶνα ἦγον καὶ ἐπώλουν, καὶ ἀνταγοράζοντες σῖτον ἔζων.

ϛ'. Τὸ δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε, καὶ πρίασθαι οὐκ ἦν, εἰ μὴ ἐν τῇ Λυδίᾳ ἀγορᾷ, ἐν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ, τὴν καπίθην ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων. ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιοβόλιον Ἀττικούς· ἡ δὲ καπίθη δύο χοίνικας Ἀττικοὺς ἐχώρει.

unius. Heic urbs erat ampla quidem illa, ſed deſerta, cui nomen Corſote, & quam Maſcas undique circumfluebat. Manſerunt hoc loco triduum, & exercitui frumentatione proſpiciebatur.

5. Hinc caſtris decimis tertiis, per loca deſerta paraſangas nonaginta conficit, Euphratem fluvium ad dextram retinens, & ad portas ſive fauces montium pervenit. In his ſtationibus multa jumenta fame peribant. Nam neque pabulum heic erat, neque ulla uſquam arbor; ſed regio univerſa nuda erat & vacua. Incolæ vero lapides molares propter flumen effodiebant, & formatos, Babylonemque vectos vendebant; proque hoc pretio, frumento comparato, vitam ſuſtinebant.

6. Jam frumentum milites defecerat, neque coëmendi ejus facultas erat reliqua, niſi in foro Lydio, illorum barbarorum in caſtris, qui Cyrum ſequebantur: ubi farinæ capitha ſiclis quatuor vendebatur. Siclus ſeptem Atticis obolis & ſemiſſe valet, ac duos chœnices Atticos capitha continebat.

ἐχάρη. κρέα οὖν ἐσθίοντες οἱ στρατιῶται διεγίγνοντο.

ζʹ. Ἦν δὲ τούτων τῶν σταθμῶν οὓς πάνυ μακροὺς ἤλαυνεν, ὁπότε ἢ πρὸς ὕδωρ βούλοιτο διατελέσαι, ἢ πρὸς χιλόν. καὶ δή ποτε στενοχωρίας καὶ πηλοῦ φανέντος ταῖς ἁμάξαις δυσπορεύτου, ἐπέστη ὁ Κῦρος σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ἀρίστοις καὶ εὐδαιμονεστάτοις, καὶ ἔταξε Γλοῦν καὶ Πίγρητα λαβόντας τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοῦ συνεκβιβάζειν τὰς ἁμάξας.

ηʹ. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκουν αὐτῷ σχολαίως ποιεῖν, ὥσπερ ὀργῇ ἐκέλευσε τοὺς περὶ αὐτὸν Πέρσας τοὺς κρατίστους συνεπισπεῦσαι τὰς ἁμάξας. ἔνθα δὴ μέρος τι τῆς εὐταξίας ἦν θεάσασθαι. ῥίψαντες γὰρ τοὺς πορφυροῦς κάνδυς, ὅπου ἕκαστος ἔτυχεν ἑστηκώς, ἵεντο, (ὥσπερ ἂν δράμοι τις περὶ νίκης,) καὶ μάλα κατὰ πρανοῦς γηλόφου, ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς χιτῶνας, καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας· ἔνιοι δὲ καὶ

nebat. Quamobrem ſe carnibus milites ſuſtentabant.

7. Et nonnullæ ex his ſtationibus admodum longo ex intervallo diſtabant, quoties vel ad aquam, vel ad pabulum pervenire ſuos volebat. Quin aliquando, quum vias anguſtas, lutumque offenderent, quod à plauſtris penetrari non poſſet, Cyrus cum eis, quos ſecum habebat præſtantiſſimos & fortunatiſſimos, reſtitit; ac Glun Pigretemque cum barbarorum copiis, extrahere de luto plauſtra juſſit.

8. Quum autem illi hoc lente Cyro facere viderentur, quaſi indignabundus, ſumma penes ſe auctoritate Perſas currus expedire celeriter conjunctis operis mandabat. Heic vero non omnino nullum parentis imperio modeſtiæ indicium videre licuiſſet. Nam purpureis veſtibus, quas candyas vocant, abjectis eo loco, quo forte quilibet ſtabat, quaſi quiſpiam de victoria curreret, collem admodum etiam præcipitem ſubibant; quum magni pretii tunicas haberent, & variis coloribus caligas,

καὶ στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλλια ἐπὶ τῶν χειρῶν. εὐθὺς δὲ σὺν τούτοις εἰσπηδήσαντες εἰς τὸν πηλὸν, θᾶττον ἢ ὥς τις ἂν ᾤετο, μετεώρους ἐξεκόμισαν τὰς ἁμάξας.

θ'. Τὸ δὲ σύμπαν, δῆλος ἦν Κῦρος σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδὸν, καὶ οὐ διατρίβων, ὅπου μὴ ἐπισιτισμοῦ ἕνεκα, ἤ τινος ἄλλου ἀναγκαίου ἐκαθέζετο· νομίζων, ὅσῳ μὲν ἂν θᾶττον ἔλθοι, τοσούτῳ ἀπαρασκευαστοτέρῳ βασιλεῖ μαχεῖσθαι, ὅσῳ δὲ σχολαιότερον, τοσούτῳ πλέον βασιλεῖ συναγείρεσθαι στράτευμα. καὶ συνιδεῖν δ' ἦν τῷ προσέχοντι τὸν νοῦν, ἡ βασιλέως ἀρχὴ πλήθει μὲν χώρας καὶ ἀνθρώπων ἰσχυρὰ οὖσα, τῷ δὲ μήκει τῶν ὁδῶν καὶ τῷ διεσπάσθαι τὰς δυνάμεις ἀσθενὴς, εἴ τις διὰ ταχέων τὸν πόλεμον ποιοῖτο.

ι'. Πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου κατὰ τοὺς ἐρήμους σταθμοὺς ἦν πόλις εὐδαίμων καὶ μεγάλη, ὄνομα δὲ Καρμάνδη· ἐκ ταύτης οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐπιτήδεια,

σχεδίαις

gas, nonnulli etiam torques circa collum, & circum manus armillas. Nihilominus ſtatim cum his in lutum inſilientes, citius opinione cujuſquam plauſtra in ſublime ſublata exportabant.

9. Ad ſummam, res ipſa declarabat, Cyrum itineri feſtinationem addere, neque diutius uſquam hærere, niſi frumentationis vel alterius neceſſariæ rei cauſſa alicubi ſubſiſteret. Exiſtimabat enim, tanto ſe imparatiore cum rege dimicaturum, quanto celerius ipſe acceſſiſſet: quanto autem tardius, tanto majores regi copias coactum iri. Neque non intelligere poterat, quicunque rem attentius conſideraret, regis imperium, regionis quidem illud amplitudine, hominumque copia firmum eſſe: verum & ob itinerum prolixitatem, & quia copiæ hinc inde divulſæ ſint, idem illud imbecillum eſſe, ſi quis celeriter bellum gerat.

10. Ultra Euphratem, verſus illas ſtationes deſertas, tum opulenta tum magna urbs erat, cui nomen Carmanda. Ex hac ſibi milites commeatum comparabant,

dum

σχεδίαις διαβαίνοντες ὧδε· διφθέρας, ἃς εἶχον στεγάσματα, ἐπίμπλασαν χόρτου κούφου· εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων, ὡς μὴ ἅπτεσθαι * τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ. ἐπὶ τούτων διέβαινον, καὶ ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια, οἶνόν τε ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος, καὶ σῖτον μελίνης. τοῦτο γὰρ ἦν ἐν τῇ χώρᾳ πλεῖστον.

ια΄. Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ Μένωνος στρατιωτῶν καὶ τοῦ Κλεάρχου, ὁ Κλέαρχος κρίνας ἀδικεῖν τὸν τοῦ Μένωνος, πληγὰς ἐνέβαλεν· ὁ δ' ἐλθὼν πρὸς τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, ἔλεγεν. ἀκούσαντες δ' οἱ στρατιῶται, ἐχαλέπαινον καὶ ὠργίζοντο ἰσχυρῶς τῷ Κλεάρχῳ.

ιβ΄. Τῇ δ' αὐτῇ ἡμέρᾳ Κλέαρχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκεῖ κατασκεψάμενος τὴν ἀγοράν, ἀφιππεύει ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σκηνὴν διὰ τοῦ Μένωνος στρατεύματος σὺν ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτόν. Κῦρος δ' οὔπω ἧκεν, ἀλλ' ἔτι προσήλαυνε. τῶν δὲ Μένωνος στρατιωτῶν

ξύλα

dum ratibus opera tumultuaria confectis in hunc modum trajiciebant: Pelles eas, quibus utebantur pro tegumentis, levi fœno referciebant; ac deinde futuris arctius junctis prohibebant, ne aqua pertingere ad paleas poſſet. His ergo trajiciebant, commeatumq; comportabant; videlicet vinum ex palmulis factum, & panici frumentum. Nam hujus in ea regione maxima erat copia.

11. Cæterum orta inter Menonis & Clearchi milites hoc loco controverſia, Clearchus Menonis militem, judicio ſuo illatæ reum injuriæ, verberibus cædi juſſit. Is ad exercitum ſuum reverſus, rem exponit. Quo milites cognito, moleſte ferebant, & Clearcho ſuccenſebant graviter.

12. Eodem die Clearchus, quum ad trajectum fluminis acceſſiſſet, foro venalium rerum ibidem inſpecto, ad tabernaculum ſuum per Menonis caſtra cum ſuis perpaucis equo revehebatur. Cyrus autem nec dum venerat, ſed adhuc erat in itinere, ut accederet. Quum vero quidam è Menonis militibus

ligna

ξύλα σχίζων τις, ὡς εἶδε τὸν Κλέαρχον διελαύνοντα, ἵησι τῇ ἀξίνῃ. καὶ οὗτος μὲν αὐτοῦ ἥμαρτεν, ἄλλος δὲ λίθῳ, καὶ ἄλλος· εἶτα πολλοί, κραυγῆς γενομένης.

ιγʹ. Ὁ δὲ καταφεύγει εἰς τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, καὶ εὐθὺς παραγγέλλει εἰς τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐκέλευσεν αὐτοῦ μεῖναι, τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ γόνατα θέντας· αὐτὸς δὲ λαβὼν τοὺς Θρᾷκας καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ ἦσαν αὐτῷ ἐν τῷ στρατεύματι πλείους ἢ τετταράκοντα, (τούτων δ' οἱ πλεῖστοι Θρᾷκες·) ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Μένωνος, ὥστε ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι, καὶ αὐτὸν Μένωνα, καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ὅπλα. οἱ δὲ καὶ ἕστασαν ἀποροῦντες τῷ πράγματι.

ιδʹ. Ὁ δὲ Πρόξενος (ἔτυχε γὰρ ὕστερος προσιὼν, καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν) εὐθὺς οὖν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων, ἔθετο τὰ ὅπλα, καὶ ἐδεῖτο τοῦ Κλεάρχου μὴ ποιεῖν ταῦτα. ὁ δὲ ἐχαλέπαινεν, ὅτι αὐτοῦ ὀλίγου δεήσαντος καταλευσθῆναι, πρᾴως λέγοι τὸ αὐτοῦ πάθος· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἐκ τοῦ μέσου ἐξίστασθαι.

ιεʹ. Ἐν

ligna ſcinderet, viſo Clearcho, qui eques tranſiret, ſecurim in eum conjicit, & ab illo quidem hic aberrat: verum alius eum lapide petebat, & item alius, excitatoque clamore permulti.

13. Clearchus ſua in caſtra fuga elabitur, ac ſtatim arma capi mandat, graviſque armaturæ militibus iſtic ſubſiſtere juſſis, & ante pedes ſcuta collocare; cum Thracibus & equitibus ipſe, quos in agmine ſuo ſupra quadraginta habebat, & eos maxima ex parte Thraces, ſic adverſus Menonis milites provehitur, ut & illi unà cum ipſo Menone terrore perculſi ad arma concurrerent. Stabant autem nonnulli, incerti prorſus quid agerent.

14. Proxenus autem qui tandem forte cum gravis armaturæ militum acie acceſſerat, ſtatim ductis inter utroſq; copiis, arma deponebat, & Clearchum rogabat, ne hæc faceret. Ferebat ille graviter, quod cum parum abfuiſſet, quin lapidibus obrutus periiſſet, lenibus verbis acerbum caſum ſuum extenuaret. Denique de medio excederet, jubebat.

15. In-

ιε΄. Ἐν τούτῳ δὲ, ἐπεὶ ἧκε Κῦρος, καὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς ἔλαβε τὰ ὅπλα εἰς τὰς χεῖρας, καὶ σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πλείστων ἧκεν ἐλαύνων εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει ὧδε· "Κλέαρχε, καὶ Πρόξενε, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρόντες Ἕλληνες, οὐκ ἴστε ὅ,τι ποιεῖτε. εἰ γάρ τινα ἀλλήλοις μάχην συνάψετε, νομίζετε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τε κατακεκόψεσθαι, καὶ ὑμᾶς οὐ πολὺ ἐμοῦ ὕστερον· κακῶς γὰρ τῶν ἡμετέρων ἐχόντων, πάντες οὗτοι, οὓς ὁρᾶτε, βάρβαροι πολεμιώτεροι ὑμῖν ἔσονται τῶν παρὰ βασιλεῖ ὄντων." ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο, καὶ παυσάμενοι ἀμφότεροι κατὰ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα.

ΚΕΦ. ϛ΄.

Ἐντεῦθεν προϊόντων ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ κόπρος. εἰκάζετο δὲ εἶναι ὁ στίβος ὡς δισχιλίων ἵππων. οὗτοι προϊόντες ἔκαιον καὶ χιλὸν καὶ εἴ τι ἄλλο χρήσιμον

15. Interea quum adveniſſet Cyrus, ac rem totam percepiſſet, mox ſumtis in manus armis, una cum maxima illorum manu, qui aderant, in medium advehitur, & hujuſmodi quædam inquit: Neſcitis plane, quid agatis, Clearche, tuque Proxene, ac Græci cæteri, qui adeſtis. Nam ſi prœlio inter vos congrediemini, exiſtimare debetis, & me hoc ipſo die, & vos non multo poſt, ad internecionem cæſum iri. Nam ſi non recte noſtræ res affectæ fuerint, omnes hi barbari, quos cernitis, nobis infenſiores erunt; quam ii qui regis partes tuentur. Quæ verba quum Clearchus audiiſſet, ad ſe rediit; & ambo, facto iraſcendi fine, arma deponebant.

CAP. VI.

Inde quum procederent, ex equorum veſtigiis & ſtercore, quæ conſpiciebantur, conjecturam faciebant, fuiſſe iſtic equorum ad duo millia. Hi præeundo, tum pabulum, tum ſi quid aliud eſſet uſui futurum,

σιμον ἦν. Ὀρόντας δὲ Πέρσης ἀνήρ, γένει τε προσήκων βασιλεῖ, καὶ τὰ πολέμια λεγόμενος ἐν τοῖς ἀρίστοις Περσῶν, ἐπιβουλεύει Κύρῳ, καὶ πρόσθεν πολεμήσας.

β'. Καταλλαγεὶς δὲ οὗτος Κύρῳ, εἶπεν· εἰ αὐτῷ δοίη ἱππέας χιλίους, ὅτι τοὺς προκατακαίοντας ἱππέας ἢ κατακάνοι ἂν ἐνεδρεύσας, ἢ ζῶντας πολλοὺς αὐτῶν ἕλοι, καὶ κωλύσειε τοῦ καίειν ἐπιόντας, καὶ ποιήσειεν ὥστε μή ποτε δύνασθαι αὐτοὺς ἰδόντας τὸ Κύρου στράτευμα, βασιλεῖ διαγγεῖλαι. τῷ δὲ Κύρῳ ἀκούσαντι ταῦτα ἐδόκει ὠφέλιμα εἶναι· καὶ ἐκέλευεν αὐτὸν λαμβάνειν μέρος παρ' ἑκάστου τῶν ἡγεμόνων.

γ'. Ὁ δὲ Ὀρόντας, νομίσας ἑτοίμους αὐτῷ εἶναι τοὺς ἱππέας, γράφει ἐπιστολὴν παρὰ βασιλέα, ὅτι ἥξοι ἔχων ἱππέας ὡς ἂν δύνηται πλείστους· ἀλλὰ φράσαι τοῖς ἑαυτοῦ ἱππεῦσιν ἐκέλευεν, ὡς φίλιον αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. ἐνῆν δ' ἐν τῇ ἐπιστολῇ καὶ τῆς πρόσθεν φιλίας ὑπομνήματα, καὶ πίστεως.

futurum, exurebant. Erat quidam Orontas Perſa, qui genere familiam regis attingebat, & inter Perſas rerum bellicarum peritia excellere ferebatur. Is Cyro inſidias facere inſtituit, atque etiam ante hoc tempus arma contra Cyrum ceperat.

2. Tamen modo reconciliatus, aiebat; ſi mille ſibi equites traderet, aut ſtructis inſidiis equites illos incendiis omnia vaſtantes ſe interemturum, aut multos in poteſtatem ſuam vivos redacturum; prohibiturumque, ne accedendo reliqua incenderent; facturum denique ne ulli unquam renuntiare regi poſſent, quod vidiſſent Cyri exercitum. Quæ quum audiiſſet Cyrus, viſa ei ſunt e re ſua futura. Quamobrem juſſit, ut à ſingulis ducibus copiarum partem acciperet.

3. Orontes, qui exiſtimaret, paratos ſibi equites fore, literas ad regem ſcribit, venturum ſe cum equitatu quam poſſet maximo: ſaltem dici juberet equitibus ſuis, ut ſe tanquam amicum exciperent. Eadem in epiſtola priſtinam regi amicitiam ac fidem in memoriam revocabat,

πίστεως. ταύτην τὴν ἐπιστολὴν δίδωσι πιστῷ ἀνδρὶ, ὡς ᾤετο.

δ'. Ὁ δὲ λαβὼν, Κύρῳ δείκνυσιν. ἀναγνοὺς δὲ αὐτὴν Κῦρος, συλλαμβάνει Ὀρόντην, καὶ συγκαλεῖ εἰς τὴν αὐτοῦ σκηνὴν Περσῶν τοὺς ἀρίστους τῶν περὶ αὐτὸν ἑπτά· καὶ τοὺς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὺς ἐκέλευεν ὁπλίτας ἀγαγεῖν, τούτους δὲ θέσθαι τὰ ὅπλα περὶ τὴν αὐτοῦ σκηνήν. Οἱ δὲ ταῦτα ἐποίησαν, ἀγαγόντες ὡς τρισχιλίους ὁπλίτας.

ε'. Κλέαρχον δὲ καὶ εἴσω παρεκάλεσε σύμβουλον, ὅς γε καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει προτιμηθῆναι μάλιστα τῶν Ἑλλήνων. ἐπεὶ δ' ἐξῆλθεν, ἐξήγγειλε τοῖς φίλοις τὴν κρίσιν τοῦ Ὀρόντου, ὡς ἐγένετο. οὐ γὰρ ἀπόρρητον ἦν. ἔφη δὲ Κῦρον ἄρχειν τοῦ λόγου ὧδε·

ϛ'. "Παρεκάλεσα ὑμᾶς, ἄνδρες φίλοι, ὅπως σὺν ὑμῖν βουλευόμενος ὅ,τι δικαιότατον καὶ πρὸς Θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων, τοῦτο πράξω περὶ Ὀρόντου τουτουΐ. τοῦτον γὰρ πρῶ-

τον

revocabat, eamq; homini, quemadmodum ipſe exiſtimabat, fideli tradebat.

4. Is quum primum eam accepiſſet, Cyro oſtendit: qui ea lecta, comprehendit Orontam; & ad tabernaculum ſuum Perſas ſeptem, auctoritate apud ſe præſtantiſſimos, arceſſit; Græcorumque duces jubet gravis armaturæ milites adducere, qui cum armis tabernaculum ſuum circumſiſterent. Parebant illi, circiterque militum armaturæ gravis tria millia ducebāt.

5. Clearchum intro vocatum etiam in conſilium adhibebat, quod is tum ipſi, tum cæteris, Græcos longe dignitate videretur antecellere. Quumque poſt ille de tabernaculo exiiſſet, quo pacto de Oronta judicium factum fuiſſet, amicis narrabat: quippe qui rem ſilentio tegere juſſus non eſſet. Aiebat autem, Cyrum feciſſe dicendi principium hujuſmodi quoddam:

6. Equidem vos, amici, huc advocari volui, quo de veſtri conſilii ſententia, de hoc Oronta id ſtatuam, quod & ad Deos, & ad homines æquiſſimum fuerit. Hunc primum

τον μὲν ὁ ἐμὸς πατὴρ ἔδωκεν ὑπήκοον ἐμοὶ εἶναι. ἐπεὶ δὲ ταχθεὶς, ὡς ἔφη αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ, οὗτος ἐπολέμησεν ἐμοὶ, ἔχων τὴν ἐν Σάρδεσιν ἀκρόπολιν, καὶ ἐγὼ αὐτὸν προσπολεμῶν ἐποίησα, ὥστε δόξαι τούτῳ τοῦ πρὸς ἐμὲ πολέμου παύσασθαι, καὶ δεξιὰν ἔλαβον καὶ ἔδωκα.

ζ'. Μετὰ ταῦτα, ἔφη, ὦ Ὀρόντα, ἔστιν ὅ,τι σε ἠδίκησα; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔ. πάλιν ὁ Κῦρος ἠρώτα· οὐκοῦν ὕστερον, ὡς αὐτὸς σὺ ὁμολογεῖς, οὐδὲν ὑπ' ἐμοῦ ἀδικούμενος, ἀποστὰς εἰς Μυσοὺς, κακῶς ἐποίεις τὴν ἐμὴν χώραν ὅ,τι ἐδύνω; ἔφη ὁ Ὀρόντης. οὐκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρος, ὁπότ' αὖ ἔγνως τὴν σεαυτοῦ δύναμιν, ἐλθὼν ἐπὶ τὸν τῆς Ἀρτέμιδος βωμὸν, μεταμεληθῆναί σοι ἔφησθα, καὶ πείσας ἐμὲ, πιστὰ πάλιν ἔδωκάς μοι, καὶ ἔλαβες παρ' ἐμοῦ; καὶ ταῦθ' ὡμολόγει ὁ Ὀρόντης.

η'. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀδικηθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, νῦν τὸ τρίτον ἐπιβουλεύων μοι φανερὸς γέγονας; εἰπόντος δὲ τοῦ Ὀρόντου

ὅτι

mum pater meo ſub imperio eſſe voluit. Poſtea fratris mei juſſu, quemadmodum ipſe faſſus eſt, adverſum me arma cepit, Sardium arce occupata. Ego vero bello hominem perſequens, effeci ut abſtinendum ſibi à bello adverſus me, putaret; adeoque dextram ipſi & dedi, & accepi.

7. Poſt hæc, ait, ullane te injuria affeci, Oronta? Quum is reſpondiſſet, Nulla; rurſus interrogabat Cyrus: Ergo deinceps, uti quidem ipſe profiteris, nihil à me læſus, nonne facta ad Myſos defectione agrum meum, quacunque ratione poteras, infeſtum habuiſti? Factum, Orontes ait. Ergo quum rurſus, quæ tuæ vires eſſent, agnoſceres; nonne ad aram Dianæ acceſſiſti, ac pœnituiſſe te facinoris tui dixiſti, mihique perſuaſo fidem dediſti, & accepiſti? Hæc itidem Orontes faſſus eſt.

8. Quanam igitur, ait Cyrus, affectus à me injuria, tertium modo mihi deprehenſus es inſidias ſtruere? Quum nulla ſe affectum Orontes injuria diceret,

ὅτι οὐδὲν ἀδικηθεὶς, ἠρώτησεν ὁ Κῦρος αὐτὸν, ὁμολογεῖς οὖν περὶ ἐμὲ ἄδικος εἶναι; ἦ γὰρ ἀνάγκη, ἔφη ὁ Ὀρόντης. ἐκ τούτου πάλιν ἠρώτησεν ὁ Κῦρος· ἔτι οὖν ἂν γένοιο τῷ ἐμῷ ἀδελφῷ πολέμιος, ἐμοὶ δὲ καὶ φίλος καὶ πιστός; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὐδ᾽ εἰ γενοίμην, ὦ Κῦρε, σοί γ᾽ ἂν ἔτι ποτὲ δόξαιμι.

θ'. Πρὸς ταῦτα ὁ Κῦρος εἶπε τοῖς παροῦσιν· ὁ μὲν ἀνὴρ τοιαῦτα μὲν πεποίηκε, τοιαῦτα δὲ λέγει· ὑμῶν δὲ σὺ πρῶτος, ὦ Κλέαρχε, ἀπόφηνε γνώμην ὅ,τι σοι δοκεῖ. Κλέαρχος δὲ εἶπε τάδε· Συμβουλεύω ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι ὡς τάχιστα· ὡς μηκέτι δέοι τοῦτον φυλάττεσθαι, ἀλλὰ σχολὴ ἡμῖν, τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι, τοὺς ἐθέλοντας φίλους τούτους εὖ ποιεῖν.,,

ι'. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους προσθέσθαι. μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ ἅπαντες ἀναστάντες, καὶ οἱ συγγενεῖς. εἶτα δὲ ἐξῆγον αὐτὸν οἷς προσετάχθη. ἐπεὶ δὲ εἶδον αὐτὸν

οἵπερ

ret, Cyrus eum interrogat: Ergone te fateris in me injurium eſſe? Id quidem neceſſe eſt, ait Orontes. Tum rurſum Cyrus: Etiamne deinceps fratri meo hoſtis fueris, mihique amicus & fidus? Cui ille: Tametſi maxime ſim, reſpondit: tibi tamen, Cyre, non amplius fidus videbor.

9. Ad quæ verba Cyrus iis, qui aderant, ait: Hic quidem hujuſmodi tum fecit, tum fatetur: veſtrûm vero tu primus dicito, Clearche, ſententiam tuam. Et Clearchus: Equidem cenſeo, ait, hunc hominem quamprimum è medio tollendum eſſe, ne deinceps neceſſe ſit ab ipſo nos cavere; ſed otium nobis ſit, quod hunc attinet, de iis, qui amici nobis eſſe volunt, bene promerendi.

10. Ad hanc ſententiam Clearchus aiebat & cæteros acceſſiſſe. Poſt hæc ſurgentes univerſi, atque in his etiam propinqui hominis, Cyro ſic jubente, cum judicio necis, zonam Orontæ prehenderunt. Deinde quibus hoc negotii datum erat, ipſum educebant: quem quum viderent ii, qui prius eum

ſum-

οἵπερ πρόσθεν προσεκύνουν, καὶ τότε προσεκύνησαν, καίπερ εἰδότες ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο.

ια'. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἀρταπάτα σκηνὴν εἰσήχθη, τοῦ πιστοτάτου τῶν Κύρου σκηπτούχων, μετὰ ταῦτα οὔτε ζῶντα Ὀρόντην, οὔτε τεθνεῶτα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν, οὐδ' ὅπως ἀπέθανεν οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν. εἴκαζον δ' ἄλλοι ἄλλως. τάφος δ' οὐδεὶς πώποτε αὐτοῦ ἐφάνη.

ΚΕΦ. ζ'.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Βαβυλωνίας σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας δώδεκα. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ σταθμῷ Κῦρος ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐν τῷ πεδίῳ, περὶ μέσας νύκτας· (ἐδόκει γὰρ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἕω ἥξειν βασιλέα σὺν τῷ στρατεύματι μαχούμενον) καὶ ἐκέλευε Κλέαρχον μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως ἡγεῖσθαι, Μένωνα δὲ τὸν Θετταλὸν τοῦ εὐωνύμου· αὐτὸς δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διέταττε.

β'. Μετὰ

ſummiſſe venerabantur, etiam tunc eundem illi venerationis honorem exhibebant, tametſi hominem duci ad mortem intelligerent.

11. Poſteaquam introductus in Artapatæ, quo Cyrus uno ſceptrigerorum fideliſſimo utebatur, tabernaculum fuiſſet; nemo deinceps Orontam vel vivum vel mortuum unquam vidit, aut dicere certo potuit, quo pacto extinctus eſſet; aliter aliis ſuſpicantibus. Ne quidem unquam ſepulchri ipſius ullum veſtigium extitit.

CAP. VII.

Inde per agrum Babylonium caſtris tertiis, paraſangas XII conficit. Quum caſtra tertia metatus eſſet, tam Græcas quam barbaras copias in planitie luſtrabat, idque nocte media: exiſtimabat enim regem poſtridie mane ineundi prœlii cauſſa cum copiis adfuturum. Et Clearchum quidem dextrum cornu ducere jubet: Menonem Theſſalum, ſiniſtrum. Suos ſtruebat ipſe.

2. Poſtea-

β'. Μετὰ δὲ τὴν ἐξέτασιν ἅμα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ αὐτόμολοι παρὰ μεγάλου βασιλέως ἥκοντες ἀπήγγελλον Κύρῳ περὶ τῆς βασιλέως στρατιᾶς. Κῦρος δὲ συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς τῶν Ἑλλήνων, συνεβούλευε τότε, πῶς ἂν τὴν μάχην ποιοῖτο, καὶ αὐτοὺς παρῄνει θαῤῥύνων τοιάδε·

γ'. "Ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἀνθρώπων ἀπορῶν βαρβάρων συμμάχους ὑμᾶς ἄγω, ἀλλὰ νομίζων ἀμείνονας καὶ κρείττους πολλῶν βαρβάρων ὑμᾶς εἶναι, διὰ τοῦτο προσέλαβον. ὅπως οὖν ἔσεσθε ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἐλευθερίας, ἧς κέκτησθε, καὶ ὑπὲρ ἧς ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω· εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι τὴν ἐλευθερίαν ἑλοίμην ἂν ἀντὶ ὧν ἔχω πάντων καὶ ἄλλων πολλαπλασίων.

δ'. Ὅπως δὲ εἰδῆτε εἰς οἷον ἔρχεσθε ἀγῶνα, ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω. τὸ μὲν πλῆθος πολὺ, καὶ πολλῇ κραυγῇ ἐπίασιν· ἂν δὲ ταῦτα ἀνάσχησθε, τἄλλα καὶ αἰσχύνεσθαί μοι δοκῶ οἵους

2. Poſteaquam luſtratæ copiæ fuiſſent, aderant poſtridie magno à rege transfugæ, qui de exercitu regis Cyro nuntios adferebant. Is, advocatis Græcorum prætoribus, & cohortium præfectis, quo pacto pugnam inſtitueret, conſultabat; ſimulque cohortatus ipſos, hujuſmodi verbis fiduciam addebat:

3. Ego vos, Græci, non quod barbarorum mihi deeſſet copia, ſocios belli huc adduxi; ſed quod præſtare multis vos barbaris exiſtimarem, idcirco mecum ſumendos putavi. Quamobrem date quæſo operam, ut vos eos exhibeatis, qui libertate, quam obtinetis, & cujus gratia vos equidem beatos arbitror, digni ſitis. Nam ſcire vos volo, me libertatem rebus univerſis anteferre, quas poſſideo, multoque etiam majoribus aliis.

4. Verum ut intelligatis, quale vobis in certamen ſit deſcendendum; rem omnem vobis aperiam. Hoſtium multitudo ingens eſt, & ingenti cum clamore adverſarios invadunt. Quæ ſi pertuleritis, quoad cætera pudet me dicere, quales

οἵους ἡμῶν γνώσεσθε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας ἀνθρώπους. ὑμῶν δὲ ἀνδρῶν ὄντων, καὶ εὐτόλμων γενομένων, ἐγὼ ὑμῶν τὸν μὲν οἴκαδε βουλόμενον ἀπιέναι τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν, πολλοὺς δ᾽ οἶμαι ποιήσειν τὰ παρ᾽ ἐμοὶ αἱρήσεσθαι ἀντὶ τῶν οἴκοι. „

ε΄. Ἐνταῦθα Γαυλίτης παρὼν, φυγὰς Σάμιος, πιστὸς δὲ Κύρῳ, εἶπε· " καὶ μὴν, ὦ Κῦρε, λέγουσί τινες, ὅτι πολλὰ ὑπισχνῇ νῦν, διὰ τὸ ἐν τοιούτῳ εἶναι τοῦ κινδύνου τοῦ προσιόντος· ἂν δ᾽ εὖ γένηταί τι, οὐ μεμνῆσθαί σε. ἔνιοι δὲ, οὐδ᾽ εἰ μέμνοιό τε καὶ βούλοιο, δύνασθαι ἂν ἀποδοῦναι, ὅσα ὑπισχνῇ. „

ϛ΄. Ἀκούσας ταῦτα ἔλεξεν ὁ Κῦρος· " ἀλλ᾽ ἔστι μὲν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες, ἡ ἀρχὴ ἡ πατρῴα, πρὸς μὲν τὴν μεσημβρίαν, μέχρις οὗ διὰ καῦμα οὐ δύνανται οἰκεῖν οἱ ἄνθρωποι· πρὸς δὲ ἄρκτον, μέχρις ὅτου διὰ χειμῶνα. τὰ δ᾽ ἐν μέσῳ τούτων ἅπαντα σατραπεύουσιν οἱ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ φίλοι. ἢν δ᾽ ἡμεῖς νικήσωμεν,

quales eſſe noſtros in his terris homines experiemini. Vos ſi, ut viri eſtis, etiam audentes voſmet exhibueritis: faciam, ut quicunque domum redire voluerit, civibus ſuis ſuſpiciendus redeat: quamquam etiam effecturum me arbitrer, ut multi rebus patriis oblatas à me rationes ſint antepoſituri.

5. Heic quum Gaulites quidam Samius exul adeſſet, Cyro fidus: Atqui, ait, nonnulli te dicunt, Cyre, multa polliceri hoc tempore, quod tali verſeris in periculo, eoque jam imminente. Sed ſi fortuna proſpera utare, nullius te rei memorem fore. Nonnulli etiam aiunt te, ſi & memineris, & velis, minime tamen poſſe præſtare, quæ te præſtaturum polliceare.

6. Quæ quum Cyrus audiſſet: Nobis, inquit, paternum regnum, milites, pertingit verſus meridiem ad ea loca, in quibus caloris cauſſa homines habitare nequeunt; verſus ſeptentriones ad ea, in quibus nemo hyemis cauſſa habitat. Quæ his interjecta ſunt omnia, fratris amici ſatraparum cum titulo & poteſtate obtinent. Quod ſi nos vicerimus,

μὴν, ὑμᾶς δεῖ τοὺς ἡμετέρους φίλους τούτων ἐγκρατεῖς ποιῆσαι. ὥστε καὶ τοῦτο δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω ὅ,τι δῶ ἑκάστῳ τῶν φίλων, ἂν εὖ γένηται, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἔχω ἱκανοὺς, οἷς δῶ. ὑμῶν δὲ τῶν Ἑλλήνων καὶ στέφανον ἑκάστῳ χρυσοῦν δώσω.„

ζ'. Οἱ δὲ, ταῦτα ἀκούσαντες, αὐτοί τε ἦσαν πολὺ προθυμότεροι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήγγελλον. εἰσῄεσαν δὲ παρ' αὐτὸν οἵ τε στρατηγοὶ, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τινὲς, ἀξιοῦντες εἰδέναι, τί σφίσιν ἔσται, ἐὰν κρατήσωσιν. ὁ δὲ, ἐμπιπλὰς ἁπάντων τὴν γνώμην, ἀπέπεμπε.

η'. Παρεκελεύοντο δ' αὐτῷ πάντες, ὅσοι περ διελέγοντο, μὴ μάχεσθαι, ἀλλ' ὄπισθεν ἑαυτῶν τάττεσθαι. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ Κλέαρχος ὧδέ πως ἤρετο Κῦρον· "οἴει γάρ σοι, ὦ Κῦρε, μαχεῖσθαι τὸν ἀδελφόν; νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, εἴπερ γε Δαρείου καὶ Παρυσάτιδός ἐστι παῖς, καὶ ἐμὸς ἀδελφὸς, οὐκ ἀμαχεὶ ταῦτα ἐγὼ λήψομαι.„

θ'. Ει-

cerimus, vos amicos noſtros his per me potiri æquum eſt. Quapropter non eſt quod metuam, ne, quod amicis ſingulis largiar, ſi quidem res ſucceſſerint, habeam: ſed ne non ſatis multos habiturus ſim, quibus dem. Vobis quidem Græcis etiam coronam ſingulis auream dabo.

7. Quæ quum illi audiſſent, non ſolum ſuo nomine multo alacriores erant, ſed eadem aliis quoque renuntiabant. Ingreſſi deinde ad ipſum partim duces, partim quidam de Græcis cæteris, ſcire cupiebant, quid eſſent habituri, ſi vincerent. Hos omnes Cyrus, animis ſpe refertis, dimittit.

8. Quotquot autem cum ipſo colloquerentur, hortabantur eum, ne prœliaretur ipſe, ſed poſt aciem ſuam ſubſiſteret. Atque hoc ipſo tempore Clearchus eum interrogabat, in hanc ſententiam: Exiſtimaſne, Cyre, fratrem tuum prœlio tecum decertaturum? Profecto, inquit Cyrus, ſiquidem Darii & Paryſatidis filius eſt, & frater meus, non ſine prœlio equidem hæc conſequar.

9. Cæ-

θ'. Ἐνταῦθα δὴ ἐν τῇ ἐξοπλισίᾳ ἀριθμὸς ἐγένετο τῶν μὲν Ἑλλήνων, ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακοσία· πελτασταὶ δὲ δισχίλιοι καὶ * τετρακόσιοι· τῶν δὲ μετὰ Κύρου βαρβάρων δέκα μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. τῶν δὲ πολεμίων ἐλέγοντο εἶναι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια. ἄλλοι δὲ ἦσαν ἑξακισχίλιοι ἱππεῖς, ὧν *Ἀρταγέρσης ἦρχεν. οὗτοι δὲ πρὸ αὐτοῦ βασιλέως τεταγμένοι ἦσαν.

ι'. Τοῦ δὲ βασιλέως στρατεύματος ἦσαν ἄρχοντες, καὶ στρατηγοὶ, καὶ ἡγεμόνες τέτταρες, τριάκοντα μυριάδων ἕκαστος, * Ἀβροκόμας, Τισσαφέρνης, Γωβρύας, Ἀρβάκης. τούτων δὲ παρεγένοντο ἐν τῇ μάχῃ ἐνενήκοντα μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Ἀβροκόμας γὰρ ὑστέρησε τῆς μάχης ἡμέρας πέντε, ἐκ Φοινίκης ἐλαύνων. Ταῦτα δὲ ἤγγελλον πρὸς Κῦρον οἱ αὐτομολήσαντες ἐκ τῶν πολεμίων παρὰ μεγάλου βασιλέως πρὸ τῆς μάχης· καὶ μετὰ τὴν μάχην οἱ ὕστερον ἐλήφθησαν τῶν πολεμίων, ταῦτα ἤγγελλον.

ια'. Ἐντεῦθεν δὲ Κῦρος ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας

9. Cæterum quum exercitus armaretur, cenſa ſunt Græcorum CCIↃↃ & cccc, qui ſcutati erant; cetratorum, IICIↃ & cccc. Barbarorum, qui Cyro militabant, erant CCCIↃↃↃ, currus falcati fere xx. Hoſtium numerus eſſe ferebatur duodecies centena millia, currus falcati cc. Item equitum millia ſex, quibus Artagerſes cum imperio præerat; & qui ante regem diſpoſiti erant.

10. Regiarum copiarum imperatores, & prætores, & duces quatuor, trecentis millibus ſinguli præerant, Abrocomas, Tiſſaphernes, Gobryas, Arbaces. Verum ex hac multitudine tantum noningenta millia prœlio interfuerunt, & currus falcati CL. Nam Abrocomas ſerius ex Phœnicia venit, nimirum die quinto à pugna. Etenim hæc Cyro renuntiabant transfugæ quidam, qui è caſtris magni regis ante prœlium exceſſerant: & qui commiſſo jam prœlio deinceps intercepti fuerunt, eadem commemorabant.

11. Hinc Cyrus caſtris unis paraſangas

* G

σάγγας τρεῖς, συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι παντί, καὶ τῷ Ἑλληνικῷ καὶ τῷ βαρβαρικῷ. ᾤετο γὰρ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ μαχεῖσθαι βασιλέα. κατὰ γὰρ μέσον τοῦ σταθμὸν τοῦτον τάφρος ἦν ὀρυκτὴ βαθεῖα, τὸ μὲν εὖρος ὀργυιαὶ πέντε, τὸ δὲ βάθος ὀργυιαὶ τρεῖς.

ιβ΄. Παρετέτατο δὲ ἡ τάφρος ἄνω διὰ τοῦ πεδίου ἐπὶ δώδεκα παρασάγγας, μέχρι τοῦ Μηδίας τείχους. ἔνθα δὴ εἰσὶν διώρυχες ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ ῥέουσαι. εἰσὶ δὲ τέτταρες, τὸ μὲν εὖρος πλεθριαῖαι, βαθεῖαι δὲ ἰσχυρῶς, καὶ πλοῖα πλεῖ ἐν αὐταῖς σιταγωγά. εἰσβάλλουσι δὲ εἰς τὸν Εὐφράτην, διαλείπουσι δὲ ἑκάστη παρασάγγην, γέφυραι δὲ ἔπεισιν.

ιγ΄. Ἦν δὲ παρ' αὐτὸν τὸν Εὐφράτην πάροδος στενὴ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς τάφρου, ὡς εἴκοσι ποδῶν τὸ εὖρος. ταύτην δὲ τὴν τάφρον βασιλεὺς μέγας ποιεῖ ἀντὶ ἐρύματος, ἐπειδὴ πυνθάνεται Κῦρον προσελαύνοντα. ταύτην δὴ τὴν πάροδον Κῦρός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρῆλθε καὶ ἐγένοντο εἴσω τῆς τάφρου.

raſangas tres progreditur, quum copias univerſas, tum Græcas tum barbaras, inſtructas duceret. Nam hoc die regem prœlium commiſſurum exiſtimabat. Etenim non longius quam dimidii diei itinere foſſa aberat alta, latitudine quinque orgyarum, altitudine trium.

12. Ea per campos ſurſum verſus ad paraſangas XII, nimirum uſque ad Mediæ caſtellum, porrigebatur. Quo loco ſunt alvei numero quatuor, latitudine plethri, profunditate ingenti; qui ex Tigri fluvio derivantur, atque etiam naves in eis agi frumentariæ poſſunt. Iidem in Euphratem influunt, & paraſangæ intervallo diſtant inter ſe, pontibuſque ſtrati ſunt.

13. Propter ipſum Euphratem tranſitus erat arctus, inter fluvium ac foſſam, latitudine fere XX pedum. Hanc foſſam magnus Rex pro munimento fecit, poſteaquam inaudiſſet, Cyrum cum exercitu adventare. Sed tranſitum hunc Cyrus cum exercitu ſuperavit, atque intra foſſam ſeſe recepit.

τάφρου. ταύτῃ μὲν οὖν τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐμαχέσατο βασιλεὺς, ἀλλ' ὑποχωρούντων φανερὰ ἦσαν καὶ ἵππων καὶ ἀνθρώπων ἴχνη πολλά.

ιδ'. Ἐνταῦθα Κῦρος Σιλανὸν καλέσας τὸν Ἀμβρακιώτην μάντιν, ἔδωκεν αὐτῷ Δαρεικοὺς τρισχιλίους, ὅτι τῇ ἑνδεκάτῃ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας πρότερον * θυόμενος, εἶπεν αὐτῷ, ὅτι βασιλεὺς οὐ μαχεῖται δέκα ἡμερῶν. Κῦρος δ' εἶπεν· οὐκ ἄρα ἔτι μαχεῖται, εἰ μὴ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις μαχεῖται. ἐὰν δ' ἀληθεύσῃς, ὑπισχνοῦμαί σοι δέκα τάλαντα. τοῦτο τὸ χρυσίον τότε ἀπέδωκεν, ἐπεὶ παρῆλθον αἱ δέκα ἡμέραι.

ιε'. Ἐπεὶ τῇ τάφρῳ οὐκ ἐκώλυε βασιλεὺς τὸ Κύρου στράτευμα διαβαίνειν, ἔδοξε καὶ Κύρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπεγνωκέναι τοῦ μάχεσθαι· ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ Κῦρος ἐπορεύετο ἠμελημένως μᾶλλον· τῇ δὲ τρίτῃ ἐπί τε τοῦ ἅρματος καθήμενος τὴν πορείαν ἐποιεῖτο, καὶ ὀλίγους ἐν τάξει ἔχων πρὸ αὐτοῦ· τὸ δὲ πολὺ αὐτῷ * ἀνατεταραγμένον ἐπορεύετο, καὶ τῶν ὅπλων τοῖς στρα-

τιώταις

recepit. Ac Rex quidem eo die pugnam non commiſit, ſed tum equorum tum hominum retrocedentium multa veſtigia manifeſto cernebantur.

14. Heic Cyrus arceſſito Silano Ambraciota vate, Daricis eum IIICIƆ donavit, quod Cyro die ante eum diem undecimo, conſultis prius extis dixiſſet, regem diebus decem proximis prœlium non commiſſurum. Quo tempore Cyrus reſpondit, non amplius ſubiturum alcam prœlii, ſi diebus iis non prœliaretur. Quod ſi tu verum dixeris, decem tibi talenta polliceor. Quapropter quum dies illi x præteriiſſent, aurum hoc ei tunc dedit.

15. Rex ubi Cyri copias foſſam trajicere non prohiberet, viſum eſt Cyro & cæteris, ipſum pugnandi conſilium abjeciſſe. Quamobrem poſtridie Cyrus negligentius iter faciebat. Die tertio etiam in curru ſedens proficiſcebatur, paucis acie inſtructa præeuntibus. Ipſum militum vulgus, confuſis copiis pergebat, ac

 plerique

πώταις πολλὰ ἐπὶ ἁμαξῶν καὶ ὑποζυγίων ἤγετο.

ΚΕΦ. η'.

Καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, καὶ πλησίον ἦν ὁ σταθμὸς, ἔνθα ἔμελλε καταλύσειν, ἡνίκα Παταγύας ἀνὴρ Πέρσης τῶν ἀμφὶ Κῦρον * πιστὸς προφαίνεται ἐλαύνων κατὰ κράτος ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ, καὶ εὐθὺς πᾶσιν, οἷς ἐνετύγχανεν, ἐβόα καὶ βαρβαρικῶς καὶ Ἑλληνικῶς, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι πολλῷ προσέρχεται, ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένος.

β'. Ἔνθα δὴ πολὺς τάραχος ἐγένετο. αὐτίκα γὰρ ἐδόκουν οἱ Ἕλληνες, καὶ πάντες δὲ, ἀτάκτοις σφίσιν ἐπιπεσεῖσθαι. καὶ Κῦρός τε καταπηδήσας ἐκ τοῦ ἅρματος τὸν θώρακα ἐνέδυ, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε, τοῖς τε ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλεν ἐξοπλίζεσθαι, καὶ καθίστασθαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἕκαστον.

γ'. Ἔνθα

plerique in plauſtris & jumentis arma vehebant.

CAP. VIII.

Jamque adeo id temporis erat, quo forum frequenti hominum turba refertum eſſe conſuevit, & locus erat in proximo, quo metatis caſtris ſubſiſtere volebat; quum Patagyas Perſa, vir ex familiaribus imprimis Cyro fidus, advehi totis viribus è longinquo conſpicitur equo ſudante, ſtatimque ad omnes, in quos incideret, clamabat tum barbaricis tum Græcis verbis, regem magno cum exercitu adventare, paratum prœlio congredi.

2. Tum vero tumultus ingens exortus eſt, Græcis & cæteris omnibus futurum exiſtimantibus, ut in ipſos non inſtructos ſtatim irrueret. Atque Cyrus etiam è curru deſiliens loricam induebat, equoque conſcenſo, & arreptis tragulis, denuntiabat univerſis, ut arma caperent, & ſuo quiſque ſe loco ſiſteret.

3. Ibi

γ'. Ἔνθα δὴ σὺν πολλῇ σπουδῇ καθίσταντο, Κλέαρχος μὲν τὰ δεξιὰ τοῦ κέρατος ἔχων, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ, Πρόξενος δὲ ἐχόμενος· οἱ δ' ἄλλοι, μετὰ τοῦτον· Μένων δὲ, καὶ τὸ στράτευμα, τὸ εὐώνυμον κέρας εἶχε τοῦ Ἑλληνικοῦ. τοῦ δὲ βαρβαρικοῦ, ἱππεῖς μὲν Παφλαγόνες εἰς χιλίους παρὰ Κλέαρχον ἔστασαν ἐν τῷ δεξιῷ, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν πελταστικόν· ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ, Ἀριαῖός τε ὁ Κύρου ὕπαρχος, καὶ τὸ ἄλλο βαρβαρικόν.

δ'. Κῦρος δὲ, καὶ ἱππεῖς μετ' αὐτοῦ ἑξακόσιοι * κατὰ μέσον ὡπλισμένοι θώραξι μεγάλοις, καὶ παραμηριδίοις, καὶ κράνεσι πάντες πλὴν Κύρου· Κῦρος δὲ ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν μάχην καθίστατο. λέγεται δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πέρσας ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν. οἱ δ' ἵπποι ἅπαντες οἱ μετὰ Κύρου εἶχον καὶ προμετωπίδια καὶ προστερνίδια· εἶχον δὲ καὶ μαχαίρας οἱ ἱππεῖς Ἑλληνικάς.

ε'. Καὶ ἤδη τε ἦν μέσον ἡμέρας, καὶ οὔπω καταφανεῖς ἦσαν οἱ πολέμιοι. ἡνίκα δὲ δείλη ἐγένετο, ἐφάνη κονιορτός,

3. Ibi tum impigre conſtiterunt; Clearchus quidem ad cornu dextrum propter Euphratem fluvium, cui Proxenus contiguus erat, ac poſt eum ſtabant cæteri: lævum cornu Græcarum copiarum obtinebat Meno, & ipſius agmen. De barbaris equites mille Paphlagones ad dextrum cornu propter Clearchum ſteterunt, itemque Græci, qui cetris utebantur. In cornu ſiniſtro Ariæus, Cyri præfectus, cum barbaricis copiis erat.

4. Cyrus cum equitibus 100 in medio, qui omnes grandibus loricis muniti erant, & femorum tegumentis, & galeis: unus Cyrus nudo capite pugnam expectans conſtitit. Aiunt cæteros etiam Perſas capitibus nudis aleam prœlii ſubire. Habebant & equi omnes in exercitu Cyri, frontium pectorumq; munimenta, & equites ipſi gladios Græcos.

5. Jam meridies erat, nec hoſtes adhuc conſpiciebantur. Verum ubi poſtmeridianum tempus appetiiſſet, pulvis quidam viſus eſt,

τὸς, ὥσπερ νεφέλη λευκή, χρόνῳ δὲ * συχνῷ ὕστερον ὥσπερ μελανία τις ἐν τῷ πεδίῳ ἐπιπολύ. ὅτε δὲ ἐγγύτερον ἐγίγνοντο, τάχα δὴ καὶ χαλκός τις ἤστραπτε, καὶ αἱ λόγχαι, καὶ αἱ τάξεις καταφανεῖς ἐγίγνοντο.

ϛ'. Καὶ ἦσαν ἱππεῖς μὲν λευκοθώρακες ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου τῶν πολεμίων (Τισσαφέρνης ἐλέγετο τούτων ἄρχειν·) ἐχόμενοι δὲ τούτων, γερροφόροι· ἐχόμενοι δὲ ὁπλῖται σὺν ποδήρεσι ξυλίναις ἀσπίσιν (Αἰγύπτιοι δὲ οὗτοι ἐλέγοντο εἶναι·) ἄλλοι δὲ ἱππεῖς· ἄλλοι τοξόται. πάντες δὲ οὗτοι κατὰ ἔθνη, ἐν πλαισίῳ πλήρει ἀνθρώπων ἕκαστον ἔθνος ἐπορεύετο.

ζ'. Πρὸ δὲ αὐτῶν, ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων, τὰ δρεπανηφόρα λεγόμενα. εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν. ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις

eſt, tanquam nubes albicans, & tempore magno interjecto, tanquam nigredo quædam diu totum campum occupavit. Quum propius acceſſiſſent, ſtatim & æs fulſit, & haſtæ, & ordines palam conſpiciebantur.

6. Ac læva quidem in parte copiarum hoſtilium equites erant loricis albis induti: quibus cum imperio præeſſe Tiſſaphernes perhibebatur. His erât proximi, qui ſcuta Perſica geſtabant; ſuccedebant gravis armaturæ pedites, cum ſcutis ligneis ad pedes uſque tendentibus, qui eſſe ferebantur Ægyptii. Succedebant & alii tum equites, tum ſagittarii. Atque hi omnes per gentes diſpoſiti, agminibus quadratis, iiſque plenis, ſingillatim incedebant.

7. Præibant currus, qui magnis à ſe diſtabant intervallis, & falcati appellabantur. Ii falces habebant ab ipſis axibus in obliquum porrectas, & ſub curruum ſellis in terram ſpectantes, ut in quamcunque rem incidiſſent, eam diſcinderent. Erat autem hoc ipſis conſilii, quod currus hos in ordines

τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων.

η'. Ὃ μέντοι Κῦρος εἶπεν, ὅτε καλέσας παρεκελεύετο τοῖς Ἕλλησι τὴν κραυγὴν τῶν βαρβάρων ἀνασχέσθαι, ἐψεύσθη τοῦτο. οὐ γὰρ κραυγῇ, ἀλλὰ σιγῇ ὡς ἀνυστὸν, καὶ ἡσυχῇ, ἐν ἴσῳ καὶ βραδέως προσῄεσαν. καὶ ἐν τούτῳ Κῦρος παρελαύνων αὐτὸς σὺν Πίγρητι τῷ ἑρμηνεῖ, καὶ ἄλλοις τρισὶν ἢ τέτταρσι, τῷ Κλεάρχῳ ἐβόα, ἄγειν τὸ στράτευμα κατὰ μέσον τὸ τῶν πολεμίων, ὅτι ἐκεῖ βασιλεὺς εἴη. κἂν τοῦτ᾽, ἔφη, νικῶμεν, πάνθ᾽ ἡμῖν πεποίηται.

θ'. Ὁρῶν δὲ ὁ Κλέαρχος τὸ μέσον στῖφος, καὶ ἀκούων Κύρου ἔξω ὄντα τοῦ Ἑλληνικοῦ εὐωνύμου βασιλέα· (τοσούτῳ γὰρ πλήθει περιῆν βασιλεὺς, ὥστε μέσον τὸ ἑαυτοῦ ἔχων, τοῦ Κύρου εὐωνύμου ἔξω ἦν·) ἀλλ᾽ ὅμως ὁ Κλέαρχος οὐκ ἤθελεν ἀποσπάσαι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὸ δεξιὸν κέρας, φοβούμενος μὴ κυκλωθείη ἑκατέρωθεν. τῷ δὲ Κύρῳ

ἀπεκρί-

dines Græcorum acturi eſſent, eoſque diſturbaturi.

8. Enimvero Cyrus in eo, quod dixerat, quum Græcos adhortaretur, ut barbarorum clamores ſuſtinerent, falſus eſt. Non enim cum clamore, ſed quanto maxime ſilentio poterant, ſedate, inceſſu æquabili, atque etiam lente ad prælium accedebant. Heic Cyrus cum Pigrete interprete, aliiſque tribus aut quatuor, prætervectus equo, clamore ſignificabat Clearcho; ut adverſus mediam hoſtium aciem copias ſuas duceret, quod iſtic Rex eſſet. Eam, inquit, ſi vicerimus, omnia nobis confecta erunt.

9. Clearchus, tametſi medium illum globum videret, ac de Cyro audiret, regem longe ultra Græcorum cornu lævum eſſe; (nam tanta Rex multitudine hominum ſuperabat, ut tametſi ſuorum aciem mediam obtineret, tamen lævum Cyri cornu ex adverſo ſibi oppoſitum non haberet) non tamen volebat Clearchus cornu dextrum à flumine avellere, quia metueret, ne ex utraque parte circumdaretur. Cyro quidem reſpondebat,

ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτῷ μέλοι, ὅπως καλῶς ἔχοι.

ι'. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ χωρῷ τὸ μὲν βαρβαρικὸν στράτευμα ὁμαλῶς προῄει· τὸ δ' Ἑλληνικὸν, ἅτ' ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ μένον, συνετάττετο ἐκ τῶν ἔτι ★ προσιόντων. καὶ ὁ Κῦρος παρελαύνων οὐ πάνυ πρὸς αὐτῷ τῷ στρατεύματι, κατεθεᾶτο ἑκατέρους ἄποθεν, τούς τε πολεμίους ἀποβλέπων, τούς τε φιλίους.

ια'. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὑπελάσας ὡς συναντῆσαι, ἤρετο εἴ τι παραγγέλλοι· ὁ δ' ἐπιστήσας εἶπε, καὶ λέγειν ἐκέλευε πᾶσιν, ὅτι τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἴη. ταῦτα δὲ λέγων, θορύβου ἤκουσε διὰ τῶν τάξεων ἰόντος, καὶ ἤρετο τίς ὁ θόρυβος. ὁ δὲ Ξενοφῶν εἶπεν, ὅ,τι τὸ σύνθημα παρέρχεται δεύτερον ἤδη. καὶ ὃς ἐθαύμασε, τίς παραγγέλλει, καὶ ἤρετο ὅτι καὶ εἴη τὸ σύνθημα. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Ζεὺς Σωτὴρ καὶ Νίκη. ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας· ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ τοῦτο ἔστω.

ιβ'. Ταῦ-

ſpondebat, curæ ſibi futurum, ut res præclare gereretur.

10. Interea barbari æquabiliter procedunt, & Græcorum ordines, quamdiu adhuc eodem loco ſubſiſtebant, ex iis, qui ſubinde accedebant, inſtruebantur. Cyrus autem copias modico ex intervallo prætervectus, utroſque ſpectabat eminus, tum converſis in hoſtes oculis, tum in ſuarum partium milites.

11. Quem de Græcorum exercitu Xenophon Athenienſis ubi vidiſſet, equo nonnihil adacto, ut ei occurreret, num aliquid imperaret, quærit. Cyrus paulum ſubſiſtens, dici jubet ad omnes, exta & hoſtias perpulchre ſibi addicere. Quæ proferens, tumultum quendam ordines pervagari audiit; & quis eſſet ille fremitus, interrogavit. Reſpondit Xenophon, iterum jam teſſeram dari. Mirum Cyro videri, quis eam prodidiſſet. Quapropter interrogat, quænam ſit teſſera. Cui Xenophon: Jupiter, inquit, Servator, & Victoria. Quod ubi Cyrus audiſſet: Accipio teſſeram hanc, ait, atq; ita ſane eſto.

12. Quæ

ιβ'. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἀπήλαυνε· καὶ οὐκέτι τρία ἢ τέτταρα στάδια ἀπεχέτην τὼ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων, ἡνίκα ἐπαιάνιζόν τε οἱ Ἕλληνες, καὶ ἤρχοντο ἀντίοι ἰέναι τοῖς πολεμίοις. ὡς δὲ πορευομένων ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος, τὸ ἐπιλειπόμενον ἤρξατο δρόμῳ θεῖν, καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο πάντες, οἷόν περ τῷ Ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι, καὶ πάντες δὲ ἔθεον.

ιγ'. Λέγουσι δέ τινες, ὡς καὶ ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὰ δόρατα ἐδούπησαν, φόβον ποιοῦντες τοῖς ἵπποις. πρὶν δὲ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι τοῖς ἵπποις καὶ φεύγουσι. καὶ ἐνταῦθα δὴ ἐδίωκον μὲν κατὰ κράτος οἱ Ἕλληνες, ἐβόων δὲ ἀλλήλοις, μὴ θεῖν δρόμῳ, ἀλλ' ἐν τάξει ἕπεσθαι.

ιδ'. Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, τὰ δὲ καὶ δι' αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων, κενὰ ἡνιόχων. οἱ δὲ, ἐπεὶ προΐδοιεν, ἵσταντο· ἔστι δ' ὅς τις καὶ κατελήφθη, ὥσπερ ἐν ἱπποδρόμῳ, ἐκπλαγείς. καὶ οὐδὲν μὲν

12. Quæ loquutus, ſuum ad locum ſe recepit. Jamque adeo non ultra tria quatuorve ſtadia phalanges ambæ ab ſe invicem diſtabant, quum Græci pæanem canunt, & in hoſtes adverſos incipiunt pergere. Quumque progredientibus ipſis, pars aciei quædam fluctus inſtar prorueret; qui relicti à tergo erant, curſu ferri cœperunt. Simul univerſi, dum currerent, conclamabant; quemadmodum Martiæ ululationes fieri conſueverunt.

13. Nonnulli aiunt, eos etiam ſcutis ad haſtas alliſis ſtrepitum excitaſſe, quo equis terrorem incuterent. Priuſquam intra ictum teli ventum eſſet, barbari converſis equis fugiunt. Tum vero totis viribus Græci perſequendo incumbunt, & acclamant alter alteri, ne curſu ferrentur, ſed ordine non perturbato ſequerentur hoſtem.

14. Currus partim per hoſtium ipſorum aciem agebantur, partim per Græcos, aurigis vacui. Quos quia Græci nonnulli præviderant, ſubſiſtebant: nonnulli territi, ſicut in equeſtri curriculo fieri ſolet, à curribus adacti fuere; quibus tamen

μήν τοι οὐδὲ τοῦτον παθεῖν ἔφασαν, οὐδὲ ἄλλος δὲ τῶν Ἑλλήνων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἔπαθεν οὐδεὶς οὐδὲν, πλὴν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοξευθῆναί τις ἐλέγετο.

ιε'. Κῦρος δὲ, ὁρῶν τοὺς Ἕλληνας νικῶντας τὸ καθ' αὑτοὺς καὶ διώκοντας, ἡδόμενος καὶ προσκυνούμενος ἤδη ὡς βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, οὐδ' ὣς ἐξήχθη διώκειν· ἀλλὰ συνεσπειραμένην ἔχων τὴν τῶν σὺν ἑαυτῷ ἑξακοσίων ἱππέων τάξιν, ἐπεμελεῖτο ὅ,τι ποιήσει βασιλεύς. καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν, ὅτι μέσον ἔχοι τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος.

ιϛ'. Καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὑτῶν ἡγοῦντο, νομίζοντες οὕτως ἐν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι, ἢν ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ᾖ, καὶ εἴ τι παραγγεῖλαι χρῄζοιεν, ἡμίσει ἐν χρόνῳ αἰσθάνεσθαι τὸ στράτευμα.

ιζ'. Καὶ βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυ-

τοῦ

men nihil accidiſſe mali proditum eſt; ſicuti nec quiſquam alius Græcorum hac in pugna perpeſſus eſt aliquid, extra quam quod à latere lævo quidam ſagitta vulneratus fuiſſe dicebatur.

15. Cyrus, quum Græcos à parte ſua victores evaſiſſe cerneret, eoſdemque jam hoſtes perſequi, voluptatem magnam capiebat: jamque nonnulli eorum, qui apud ipſum erant, tanquam regem eum adorabant. Neque tamen ad perſequendum propterea fuit evagatus, ſed ſtipatus conferto ıↄc equitum globo, quos apud ſe habebat, quid Rex facturus eſſet, ſtudioſe obſervabat. Norat enim, hunc mediam exercitus Perſici aciem obtinere.

16. Quin etiam cæteri barbarorum præfecti ſic ſuos ducebant, ut ipſi media in acie eſſent; quod exiſtimarent hoc pacto ſe quam tutiſſimo loco futuros, ſi ex utraque parte robur ſuum haberent, & animadverſum iri duplo citius ab exercitu putarent, ſi quid oporteret imperari.

17. Rex autem, quanquam id temporis

τοῦ στρατιᾶς, ὅμως ἔξω ἐγένετο τοῦ Κύρου εὐωνύμου κέρατος. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς αὐτῷ ἐμάχετο ἐκ τοῦ ἀντίου, οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἔμπροσθεν, ἐπέκαμπτεν ὡς εἰς κύκλωσιν. ἔνθα δὴ Κῦρος δείσας, μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ Ἑλληνικόν, ἐλαύνει ἀντίος· καὶ ἐμβαλὼν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις, νικᾷ τοὺς πρὸ βασιλέως τεταγμένους, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε τοὺς ἑξακισχιλίους· καὶ ἀποκτεῖναι λέγεται αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ Ἀρταγέρσην τὸν ἄρχοντα αὐτῶν.

ιη'. Ὡς δὲ ἡ τροπὴ ἐγένετο, διασπείρονται καὶ οἱ Κύρου ἑξακόσιοι, εἰς τὸ διώκειν ὁρμήσαντες· πλὴν πάνυ ὀλίγοι ἀμφ' αὐτὸν κατελείφθησαν, σχεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλούμενοι. σὺν τούτοις δὲ ὤν, καθορᾷ βασιλέα καὶ τὸ ἀμφ' ἐκεῖνον στῖφος· καὶ εὐθὺς οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰπών, Ὁρῶ τὸν ἄνδρα, ἵετο ἐπ' αὐτόν, καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας

temporis aciem ſuam mediam obtineret, tamen ultra Cyri lævum cornu erat. Quum autem nemo in ipſum acie pugnaret adverſa, nec in eos, quos ante ſe collocatos habebat: inflectendo ſe movit, tanquam hoſtes circumdaturus. Ibi vero metuens Cyrus, ne poſteaquam à tergo ſuos invaderet, Græcum agmen cæderet; adverſus irruit, & facta cum IↃC illis impreſſione, vincit eos, qui ante regem collocati erant, adeoque illa equitum VIↃIↃ in fugam vertit. Quin & ipſe manu ſua Artagerſen, horum præfectum, interfeciſſe dicitur.

18. Poſteaquam illi terga vertere, Cyri etiam illi IↃC equites perſequendi ſtudio diſſipantur, præter paucos admodum, qui reliqui apud ipſum erant, fere qui menſæ participes dicebantur. Hos quum apud ſe haberet, regem cum globo ſuo conſpicit; & mox, quia ſe continere non poterat: Video, inquit, hominem. Itaque facto in ipſum impetu, pectus ei ferit, & per ipſam loricam fratrem vulnerat, quemadmodum Cteſias medi-

Κτησίας ὁ ἰατρὸς, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμά φησι.

ιθ'. Παίοντα δ' αὐτὸν ἀκοντίζει τις παλτῷ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· καὶ ἐνταῦθα μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς ὑπὲρ ἑκατέρου. ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· (παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν·) Κῦρος δὲ, αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ.

κ'. Ἀρταπάτης δὲ, ὁ πιστότατος αὐτῷ τῶν σκηπτούχων θεράπων, λέγεται, ἐπειδὴ εἶδε πεπτωκότα Κῦρον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, περιπεσεῖν αὐτῷ. καὶ οἱ μέν φασι βασιλέα κελεῦσαί τινα ἐπισφάξαι αὐτὸν Κύρῳ· οἱ δὲ, ἑαυτὸν ἐπισφάξαι, σπασάμενον τὸν ἀκινάκην. εἶχε γὰρ χρυσοῦν. καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει, καὶ ψέλλια, καὶ τὰ ἄλλα, ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν. ἐτετίμητο γὰρ ὑπὸ Κύρου δι' εὔνοιάν τε καὶ πιστότητα.

ΚΕΦ.

cus memoriæ prodidit, qui ſe etiam vulnus illud curaſſe commemorat.

19. Dum fratrem Cyrus ferit, quidam magna vi haſtam vibrans, ſub oculum ejus adigit. Ibi dum & Rex & Cyrus inter ſe dimicant, & qui utrumque tutabantur; quot homines ex parte regis perierint, Cteſias refert, qui apud regem tunc erat. Cyrus & ipſe interfectus eſt, & ſupra ipſum octo longe fortiſſimi ſtipatores ejus jacuerunt.

20. Artapatas autem, miniſter unus Cyro inter ſceptrigeros fideliſſimus, poſteaquam humi cecidiſſe Cyrum vidit, ab equo deſiliens, ad ipſum ſe abjeciſſe fertur. Atque hunc, ſunt qui dicant, juſſu regis à quodam ſupra Cyri cadaver jugulatum eſſe. Alii tradunt, eum, ſtricto, quem aureum habebat, acinace, manus ipſi ſibi attuliſſe. Nam torquem etiam geſtabat, & armillas, & alia, ut quivis è Perſarum præſtantiſſima dignitate viris. Erat enim apud Cyrum in honore tum ob benevolentiam, tum fidem.

CAP.

ΚΕΦ. θʹ.

Κῦρος μὲν οὖν οὕτως ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ὢν Περσῶν, τῶν μετὰ Κῦρον τὸν ἀρχαῖον γενομένων, βασιλικώτατός τε καὶ ἄρχειν ἀξιώτατος, ὡς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν Κύρου δοκούντων ἐν πείρᾳ γενέσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ παῖς ἔτι ὤν, ὅτε ἐπαιδεύετο καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις παισὶ, πάντων πάντα κράτιστος ἐνομίζετο.

βʹ. Πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων Περσῶν παῖδες ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται, ἔνθα πολλὴν μὲν σωφροσύνην καταμάθοι ἄν τις, αἰσχρὸν δ' οὐδὲν οὔτε ἀκοῦσαι οὔτ' ἰδεῖν ἔστι. θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως, καὶ ἀκούουσι, καὶ ἄλλους ἀτιμαζομένους. ὥστ' εὐθὺς παῖδες ὄντες μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι.

γʹ. Ἔνθα Κῦρος *εὐμαθέστατος μὲν πρῶτον τῶν ἡλίκων ἐδόκει εἶναι, τοῖς τε πρεσβυτέροις καὶ τῶν ἑαυτοῦ ὑποδεεστέρων μᾶλλον

CAP. IX.

Hic Cyri fuit exitus, qui vir inter Perſas, conſentiente omnium judicio, qui uſi ejus conſuetudine fuiſſent, poſt Cyrum illum priſcum maxime regia fuit indole, ac imperio digniſſimus. Primo, quum puer adhuc eſſet, ac una cum fratre, cæteriſque pueris inſtitueretur, omnium in omnibus viſus eſt eſſe præſtantiſſimus.

2. Nam ſumma dignitate hominum apud Perſas liberi, Regis ad portam educantur; ubi magnam continentiam animadvertere licet, nec eſt quidquam iſtic turpe vel audire, vel videre. Quinetiam ſpectant pueri tum eos, qui à rege ornantur, deque iis audiunt; tum alios, qui ignominia notantur. Quo fit, ut mox à prima pueritia parendi & imperandi leges diſcant.

3. Heic Cyrus primum maxime viſus eſt eſſe inter æquales docilis, & ſenibus etiam obedientior, quam illi, qui fortuna longe impari

μᾶλλον πείθεσθαι· ἔπειτα δὲ φιλιππότατος, καὶ τοῖς ἵπποις ἄριστα χρῆσθαι. ἔκρινον δ' αὐτὸν καὶ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων, τοξικῆς τε καὶ ἀκοντίσεως, φιλομαθέστατον εἶναι, καὶ μελετηρέστατον.

δ'. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἡλικίᾳ ἔπρεπε, καὶ φιλοθηρέστατος ἦν, καὶ πρὸς τὰ θηρία μέντοι φιλοκινδυνότατος. καὶ ἄρκτον ποτὲ ἐπιφερομένην οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν κατεσπάσθη ἀπὸ τοῦ ἵππου· καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς εἶχε, τέλος δὲ κατέκτανε. καὶ τὸν πρῶτον μέντοι βοηθήσαντα πολλοῖς μακαριστὸν εἶναι ἐποίησεν.

έ. Ἐπεὶ δὲ κατεπέμφθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς σατράπης Λυδίας τε, καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης, καὶ Καππαδοκίας, στρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη, οἷς καθήκει εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζεσθαι, πρῶτον μὲν ἐπέδειξεν αὐτόν, ὅτι περὶ πλείστου ποιοῖτο, εἴτῳ σπείσαιτο, καὶ εἴτῳ συνθεῖτο, καὶ εἴτῳ ὑπόσχοιτό τι, μηδὲν ψεύδεσθαι.

impari eſſent. Deinde rei equeſtris ſtudioſiſſimus, equiſque uti quam optime viſus eſt. Exiſtimabatur etiam in pertinentibus ad arma ſtudiis, ſagittis ac jaculis mittendis, admodum docilis, & in exercitationibus tolerantiſſimus.

4. Ipſo in adoleſcentiæ flore, venandi maximo deſiderio tenebatur, & in pugnando adverſus belluas pericula nulla defugiebat. Etiam urſum aliquando irruentem non extimuit, ſed cum eo congreſſus, & avulſus ab equo, accepit ea vulnera, quorum in eo cicatrices cernebantur, quum quidem ad extremum feram occideret. Quin & illum, qui tum ei primus opem tulit, iis muneribus ornavit, ut ab omnibus fortunatus prædicaretur.

5. Poſteaquam à patre in Lydiam, Phrygiam magnam, Cappadociam cum ſatrapæ titulo miſſus, & eorum omnium, quos ex officio neceſſe eſt in Caſtoli campum convenire, prætor deſignatus fuit: primum declaravit, ſibi nihil antiquius eſſe, quam ne falleret, ſi quis eſſet forte, quo cum vel fœdus iniiſſet, vel eſſet pactus, vel aliquid pollicitus.

ψεύδεσθαι. καὶ γὰρ οὖν ἐπίστευον μὲν αὐτῷ αἱ πόλεις ἐπιτρεπόμεναι, ἐπίστευον δ᾽ οἱ ἄνδρες· καὶ εἴ τις πολέμιος ἐγένετο, σπεισαμένου Κύρου ἐπίστευε μηδὲν ἂν παρὰ τὰς σπονδὰς παθεῖν.

ς'. Τοιγαροῦν ἐπεὶ Τισσαφέρνῃ ἐπολέμησε, πᾶσαι αἱ πόλεις ἑκοῦσαι Κῦρον εἵλοντο ἀντὶ Τισσαφέρνους, πλὴν Μιλησίων. οὗτοι δὲ, ὅτι οὐκ ἤθελε τοὺς φεύγοντας προέσθαι, ἐφοβοῦντο αὐτόν. καὶ γὰρ ἔργῳ ἐπεδείκνυε, καὶ ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἄν ποτε προοῖτο, ἐπεὶ ἅπαξ αὐτοῖς φίλος ἐγένετο, οὐδ᾽ εἰ ἔτι μὲν μείους γένοιντο, ἔτι δὲ καὶ κάκιον πράξειαν.

ζ'. Φανερὸς δ᾽ ἦν, καὶ εἴ τις ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτὸν, νικᾷν πειρώμενος· καὶ εὐχὴν δέ τινες αὐτοῦ ἐξέφερον, ὡς εὔχοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῆν, ἔς τε νικῴη καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος. καὶ γὰρ οὖν πλεῖστοι δὴ αὐτῷ ἑνί γε ἀνδρὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῶν ἐπεθύμησαν καὶ χρήματα, καὶ πόλεις, καὶ τὰ ἑαυτῶν σώματα προέσθαι.

η'. Οὐ

pollicitus. Quapropter & civitates, quæ erant ipſius curæ creditæ, fidem habebant ei, ſicut & homines ipſi. Immò hoſtes, poſteaquam pacta conventa eſſent, nihil ſibi metuebant, ne quid præter pacta accideret.

6. Quare poſteaquam bellum adverſus Tiſſaphernem moviſſet, urbes omnes, extra ſolos Mileſios, ultro Tiſſapherni Cyrum prætulerunt. Nam illi metuebant eum, quod exulum cauſſam negligere nollet. Etenim tum reabſe declarabat, tum verbis, nunquam ſe illos deſerturum quos ſemel in amicitiam receperat; ne ſi pauciores quidem forent, ac fortuna magis adverſa premerentur.

7. Præterea palam adnitebatur, ut eis ſuperior evaderet, quicunq; ipſi vel affeciſſent beneficio, vel injuria. Nonnulli etiam votum ejus protulerunt, optare ſe, ut tamdiu viveret, donec & bene de ſe promeritos beneficiis, & hoſtes ulciſcendo vinceret. Quamobrem uni huic ex omnibus ætatis noſtræ hominibus quamplurimi & fortunas, & urbes, & corpora ſua credere cupiebant.

8. Neque

η'. Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ τοῦτ' ἄν τις εἴποι, ὡς τοὺς κακούργους καὶ ἀδίκους εἴα καταγελᾷν, ἀλλ' ἀφειδέστατα πάντων ἐτιμωρεῖτο. πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν παρὰ τὰς στειβομένας ὁδοὺς, καὶ ποδῶν καὶ χειρῶν καὶ ὀφθαλμῶν στερουμένους ἀνθρώπους. ὥστε ἐν τῇ τοῦ Κύρου ἀρχῇ ἐγένετο, καὶ Ελληνι καὶ βαρβάρῳ μηδὲν ἀδικοῦντι ἀδεῶς πορεύεσθαι, ὅποι τις ἤθελεν, ἔχοντι ὅ,τι προχωροίη.

θ'. Τοὺς μέντοι γε ἀγαθοὺς εἰς πόλεμον ὡμολόγητο διαφερόντως τιμᾷν. καὶ πρῶτον μὲν ἦν αὐτῷ πόλεμος πρὸς Πεισίδας καὶ Μυσούς. στρατευόμενος οὖν καὶ αὐτὸς εἰς ταύτας τὰς χώρας, οὓς ἑώρα ἐθέλοντας κινδυνεύειν, τούτους καὶ ἄρχοντας ἐποίει ἧς κατεστρέφετο χώρας, καὶ ἄλλοις δώροις ἐτίμα· ὥστε φαίνεσθαι τοὺς μὲν ἀγαθοὺς εὐδαιμονεστάτους, τοὺς δὲ κακοὺς, δούλους τούτων ἀξιοῦσθαι εἶναι. τοιγαροῦν πολλὴ ἦν ἀφθονία τῶν ἐθελόντων

8. Neque tamen hoc etiam dici poteſt, quod improbis & ſceleratis illudere ſibi permiſerit: ſed ita in eos animadvertebat,ut prorſus ipſis non parceret. Ac ſæpenumero tritis in viis erat cernere quoſdam homines, qui pedibus, manibus,oculis multati eſſent.Quo factum, ut in iis locis, ubi Cyrus imperaret,cuivis tam Græco quam barbaro neminem lædenti, ſecure liceret iter facere, quocunque vellet, & quidquid tandem ſecum ipſi geſtare commodum eſſet.

9. Militari quidem certe virtute præditos omnium conſenſu eximiis honoribus ornabat. Primum bellum adverſus Piſidas & Myſos geſſit. Adverſus has regiones ſuſceptæ expeditioni cùm & ipſe intereſſet, quoſcunque ſponte ſua ſalutem in diſcrimen conjicere videbat, eos partim illi agro, quem occupaverat, cum imperio præficiebat, partim aliis præmiis ornabat. Qua re fiebat, ut viri fortes longe fortunatiſſimi omnium in oculis eſſent; ignavi vero, pro ſervis horum ducerentur. Enimvero magna erat illorum copia, qui adire

λόντων κινδυνεύειν, ὅπου τις οἴοιτο Κῦρον αἰσθήσεσθαι.

ι'. Εἴς γε μὴν δικαιοσύνην εἴ τις αὐτῷ φανερὸς γένοιτο ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος, περὶ παντὸς ἐποιεῖτο τούτους πλουσιωτέρους ποιεῖν τῶν ἐκ τοῦ ἀδίκου φιλοκερδούντων. καὶ γὰρ οὖν ἄλλα τε πολλὰ δικαίως αὐτῷ διεχειρίζετο, καὶ στρατεύματι ἀληθινῷ ἐχρήσατο. καὶ γὰρ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ οὐ χρημάτων ἕνεκα πρὸς ἐκεῖνον ἔπλευσαν, ἀλλ' ἐπεὶ ἔγνωσαν κερδαλεώτερον εἶναι Κύρῳ καλῶς πειθαρχεῖν, ἢ τὸ κατὰ μῆνα κέρδος. ἀλλὰ μὴν εἴ τίς γέ τι αὐτῷ προστάξαντι καλῶς ὑπηρετήσειεν, οὐδενὶ πώποτε ἀχάριστον εἴασε τὴν προθυμίαν. τοιγαροῦν κράτιστοι δὴ ὑπηρέται παντὸς ἔργου Κύρῳ ἐλέχθησαν γενέσθαι.

ια'. Εἰ δέ τινα ὁρῴη δεινὸν ὄντα οἰκονόμον ἐκ τοῦ δικαίου, καὶ κατασκευάζοντά τε ἧς ἄρχοι χώρας, καὶ προσόδους ποιοῦντα, οὐδένα ἂν πώπο-

τε

re pericula vellent, ſicubi quis animadverſurum id Cyrum arbitraretur.

10. Quod ſi qui juſtitiæ dediſſent illuſtre documentum, eos exiſtimabat omnibus modis locupletiores reddendos eſſe, quam ii forent, qui rationibus injuſtis lucrum facerent. Itaq; cum alia multa juſte ab ipſo adminiſtrabantur, tum illum habebat exercitum, qui vere dici exercitus mereretur. Nam & legionum prætores & cohortium præfecti non pecuniæ cauſſa ad ipſum navigabant: ſed quod eſſe fructuoſius exiſtimarent, Cyri imperio recte parere, quam menſtruo lucro ditari. Quod ſi quis ipſo aliquid mandante, egregie imperata feciſſet; hanc ipſam animi promtitudinem nequaquam præmio carere patiebatur. Quapropter in rebus omnibus habuiſſe Cyrus adminiſtros longe præſtantiſſimos perhibetur.

11. Si quem juſta ratione rem familiarem mirifice augere videret, aut regionem, cui cum imperio præeſſet, ornando longe proventu fructuoſiorem facere: tantum

tum

τε ἀφέλοιτο, ἀλλὰ καὶ πλείω προσεδίδου· ὥστε καὶ ἡδέως ἐπόνουν, καὶ θαῤῥαλέως ἐκτῶντο, καὶ ἃ πέπατο αὖ τις, ἥκιστα Κῦρον ἔκρυπτεν· οὐ γὰρ φθονῶν τοῖς φανερῶς πλουτοῦσιν ἐφαίνετο, ἀλλὰ πειρώμενος χρῆσθαι τοῖς τῶν ἀποκρυπτομένων χρήμασι.

ιβ'. Φίλους γε μὴν ὅσους ποιήσαιτο, καὶ εὔνους γνοίη ὄντας, καὶ ἱκανοὺς κρίνειε συνεργοὺς εἶναι ὅ,τι τυγχάνοι βουλόμενος κατεργάζεσθαι, ὁμολογεῖται πρὸς πάντων κράτιστος δὴ γενέσθαι θεραπεύειν. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, οὗπερ αὐτὸς ἕνεκα φίλων ᾤετο δεῖσθαι, ὡς συνεργοὺς ἔχοι, καὶ αὐτὸς ἐπειρᾶτο συνεργὸς τοῖς φίλοις κράτιστος εἶναι τούτου, ὅτου ἕκαστον αἰσθάνοιτο ἐπιθυμοῦντα.

ιγ'. Δῶρα δὲ πλεῖστα μὲν, οἶμαι, εἷς γε ἀνὴρ ὢν, ἐλάμβανε διὰ πολλά. ταῦτα δὲ δὴ πάντων μάλιστα τοῖς φίλοις ἐδίδου, πρὸς τὸν τρόπον ἑκάστου σκοπῶν, καὶ ὅτου μάλιστα ὁρῴη ἕκαστον δεόμενον. καὶ ὅσα τῷ σώμα-

τι

tum abeſt, ut huic aliquid adimeret, etiam addebat plura. Quo fiebat, ut illi cum voluptate labores perferrent, & fidenter bona pararent, & quæ quiſque poſſideret, ea Cyrum haudquaquam celarent. Nec enim iis qui ſe divites eſſe profitebantur, invidere videbatur: ſed illorum uti pecuniis conabatur, qui eas occultarent.

12. Amicos certe quoſcunque ſibi adjungeret, ſibique benevolos eſſe animadverteret, ac judicaret idoneos ad eas res ſecum efficiundas eſſe, quas confici cuperet; omnium conſenſu obſequiis demereri ſtudioſiſſime ſolebat. Nam ea ipſa de cauſſa, ob quam ſibi exiſtimabat amicis opus eſſe, nimirum ut gerendarum rerum adjutores haberet; etiam ipſe conabatur amicis operam ſuam egregiam probare, quidquid tandem ſingulos cupere perſentiſceret.

13. Unus ipſe plurimis donis cumulabatur multas ob cauſſas. Verum ea potiſſimum amicis, conſiderato cujuſque ingenio, & quo quemque maxime videret egere, largiebatur. Præterea de iis, quæcunque

πι αὐτῷ κόσμον πέμποι τις, ἢ ὡς εἰς πόλεμον, ἢ ὡς εἰς καλλωπισμόν, καὶ περὶ τούτων λέγειν αὐτὸν ἔφασαν, ὅτι τὸ μὲν ἑαυτοῦ σῶμα οὐκ ἂν δύναιτο τούτοις πᾶσι κοσμηθῆναι, φίλους δὲ καλῶς κεκοσμημένους, μέγιστον κόσμον ἀνδρὶ νομίζοι.

ιδ΄. Καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα νικᾶν τοὺς φίλους εὖ ποιοῦντα, οὐδὲν θαυμαστόν, ἐπειδή γε καὶ δυνατώτερος ἦν· τὸ δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ περιεῖναι τῶν φίλων, καὶ τῷ προθυμεῖσθαι χαρίζεσθαι, ταῦτα μᾶλλον ἔμοιγε δοκεῖ ἀγαστὰ εἶναι. Κῦρος γὰρ ἔπεμπε βίκους οἴνου ἡμιδεεῖς πολλάκις, ὁπότε πάνυ ἡδὺν λάβοι, λέγων, ὅτι οὔπω δὴ πολλοῦ χρόνου τούτου ἡδίονι οἴνῳ ἐπιτύχοι. τοῦτο οὖν σοι ἔπεμψε, καὶ δεῖταί σου τοῦτον ἐκπιεῖν τήμερον σὺν οἷς μάλιστα φιλεῖς. πολλάκις δὲ χῆνας ἡμιβρώτους ἔπεμπε, καὶ ἄρτων ἡμίσεα, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἐπιλέγειν κελεύων τὸν φέροντα· τούτοις ἥσθη Κῦρος· βούλεται οὖν καὶ σὲ τούτων γεύσασθαι.

ιε΄. Ὅπου δὲ χιλὸς σπάνιος πάνυ εἴη, αὐτὸς δὲ ἐδύνατο παρα-

cunque ad ornatum corporis ipſi mitterentur, vel ad uſum belli, vel ad elegantiam veſtitus, dicere ſolitum accepimus: Non poſſe ſuum corpus omnibus his ornari, ſed præclare ornatos amicos ſe maximum hominis ornamentū ducere.

14. Et magnis quidem beneficiis quod amicos vinceret, qui longe potentior eſſet, nihil mirum erat: at quod & cura de ipſis, & gratificandi cupiditate eos ſuperabat, hæc vero mihi potius admiranda videntur. Nam ſæpenumero eis orcas vini ſemiplenas mittebat, quoties vinum admodum ſuave nactus eſſet; addens, longo jam tempore ſe ſuavius vinum adeptum non eſſe. Quamobrem illud tibi Cyrus miſit, teque rogat, ut illud hodie cum quibus gratiſſimum erit tibi, bibas. Sæpenumero ſemeſos etiam anſeres mittebat; & panes dimidiatos, & hujus generis alia, quum addere juberet eum, cui ferenda dabat: Cyrus his delectatus eſt, eaque de cauſſa vult hæc te quoque guſtare.

15. Quod ſi pabuli eſſet ingens penuria, quod ipſi paratu eſ-

 ſet

παρασκευάσασθαι, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν ὑπηρέτας, καὶ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, διαπέμπων ἐκέλευε τοὺς φίλους τοῖς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἄγουσιν ἵπποις ἐμβάλλειν τοῦτον τὸν χιλόν, ὡς μὴ πεινῶντες τοὺς ἑαυτοῦ φίλους ἄγωσιν. εἰ δὲ δή ποτε πορεύοιτο, καὶ πλεῖστοι μέλλοιεν ὄψεσθαι, προσκαλῶν τοὺς φίλους ἐσπουδαιολογεῖτο, ὡς δηλοίη οὓς τιμᾷ. ὥστε ἔγωγε ἐξ ὧν ἀκούω, οὐδένα κρίνω ὑπὸ πλειόνων πεφιλῆσθαι, οὔτε Ἑλλήνων. οὔτε βαρβάρων.

ιϛʹ. Τεκμήριον δὲ τούτου καὶ τόδε· παρὰ μὲν Κύρου, δούλου ὄντος, οὐδεὶς ἀπῄει πρὸς βασιλέα· πλὴν Ὀρόντας ἐπεχείρησε· καὶ οὗτος δὲ, ὃν ᾤετο πιστόν οἱ εἶναι, ταχὺ αὐτὸν εὗρε Κύρῳ φιλαίτερον, ἢ ἑαυτῷ. παρὰ δὲ βασιλέως πολλοὶ πρὸς Κῦρον ἀπῆλθον, ἐπεὶ πολέμιοι ἀλλήλοις ἐγένοντο· καὶ οὗτοι μέντοι, οἱ μάλιστα ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀγαπώμενοι, νομίζοντες παρὰ Κύρῳ

ὄντες

ſet facile, propter miniſtrorum copiam ac diligentiam; hinc inde aliquid mittens, hortabatur, ut hoc pabulum amici equis illis, quibus eorum corpora veherentur, objicerent; ne illi amicos ſuos fame confecti geſtarent. Si aliquando quopiam proficiſceretur, ac multos ſe ſpectaturos ſciret: arceſſitis ad ſe amicis, data opera cum eis ſerio differebat; ut quos honore maximo dignaretur, ſignificaret. Quo fit, ut neminem eorum, de quibus equidem auditione accepi, pluribus tum Græcis tum barbaris carum fuiſſe judicem.

16. Cujus rei hoc quoque argumentum eſt, quod ab Cyro, qui alteri ſerviebat, nemo ad regem defecerit, extra unum Orontam, qui ſaltem hoc facere conatus fuit: quanquam illum Rex, dum ſibi fidelem putat, pœne Cyro, quam ſibi, amiciorem reperit. At vero à rege permulti ad Cyrum tranſierunt, poſteaquam fratres hoſtiliter invadere ſe cœperunt, & quidem ii, quos Rex maximo amore complectebatur. Exiſtimabant enim fore, ut virtuti ſuæ apud Cyrum

plus

ὄντες ἀγαθοὶ ἀξιωτέρας ἂν τιμῆς τυγχάνειν, ἢ παρὰ βασιλεῖ.

ιζ'. Μέγα δὲ τεκμήριον καὶ τὸ ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ βίου αὐτῷ γενόμενον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν ἀγαθὸς, καὶ κρίνειν ὀρθῶς ἐδύνατο τοὺς πιστοὺς καὶ εὔνους καὶ βεβαίους. ἀποθνήσκοντος γὰρ αὐτοῦ, πάντες οἱ παρ' αὐτὸν φίλοι καὶ συντράπεζοι, μαχόμενοι ἀπέθανον ὑπὲρ Κύρου, πλὴν Ἀριαίου. οὗτος δὲ τεταγμένος ἐτύγχανεν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων· ὡς δ' ᾔσθετο Κῦρον πεπτωκότα, ἔφυγεν ἔχων καὶ τὸ στράτευμα πᾶν, οὗ ἡγεῖτο.

ΚΕΦ. ι'.

ΕΝταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξιά. βασιλεὺς δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, διώκων εἰσπίπτει εἰς τὸ Κύρειον στρατόπεδον· καὶ οἱ μὲν μετὰ Ἀριαίου οὐκέτι ἵστανται, ἀλλὰ φεύγουσι διὰ τοῦ αὑτῶν στρατοπέδου εἰς τὸν σταθμὸν, ἐν ᾧ ὥρμηντο. τέτταρες δὲ ἐλέγοντο παρασάγγαι τῆς ὁδοῦ εἶναι.

β'. Βασιλεὺς

plus honoris ac præmiorum deferretur, quam apud regem.

17. Magnum & illud argumentum eſt, quod in exitu vitæ ipſi accidit, tum ipſum fuiſſe bonum, tum recte judicare potuiſſe, quoſnam & fideles, & benevolos, & conſtantes haberet. Nam quum vitam amitteret, omnes apud eum amici & menſæ participes, pro eo pugnantes mortem oppetierunt, extra unum Ariæum. Is forte copiis equeſtribus ad lævum aciei cornu præeſſe ſuo loco juſſus fuerat: quumque cecidiſſe Cyrum comperiſſet, integro cum agmine ſuo fugam arripuit.

CAP. X.

ET Cyro quidem tunc & caput & dextra præciſa fuit. Rex autem cum ſuis dum hoſtes perſequitur, in caſtra Cyriana incidit. Heic Ariæi milites nequaquã ſubſiſtunt, ſed per caſtra ſua ſtatiõnem ad illam, unde paulo ante diſceſſerant, diffugiunt. Id iter quatuor eſſe paraſangarum ferebatur.

2. Rex

β'. Βασιλεὺς δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τά τε ἄλλα πολλὰ διαρπάζουσι, καὶ τὴν Φωκαΐδα τὴν Κύρου παλλακίδα, τὴν σοφὴν καὶ καλὴν λεγομένην εἶναι, λαμβάνει· ἡ δὲ Μιλησία ἡ νεωτέρα, ληφθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀμφὶ βασιλέα, ἐκφεύγει γυμνὴ πρὸς τῶν Ἑλλήνων, οἳ ἔτυχον ἐν τοῖς σκευοφόροις ὅπλα ἔχοντες· καὶ ἀντιταχθέντες, πολλοὺς μὲν τῶν διαρπαζόντων ἀπέκτειναν, οἱ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπέθανον· οὐ μὴν ἔφυγόν γε, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἔσωσαν, καὶ τἄλλα, ὅσα ἐντὸς αὐτῶν καὶ χρήματα καὶ ἄνθρωποι ἐγένοντο, πάντα ἔσωσαν.

γ'. Ἐνταῦθα διεῖχον ἀλλήλων βασιλεύς τε καὶ οἱ Ἕλληνες ὡς τριάκοντα στάδια, οἱ μὲν διώκοντες τοὺς καθ' ἑαυτοὺς, ὡς πάντας νικῶντες· οἱ δὲ ἁρπάζοντες, ὡς ἤδη πάντες νικῶντες. ὡς δὲ ᾔσθοντο οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι ἐν τοῖς σκευοφόροις εἴη, βασιλεὺς δ' αὖ ἤκουσε Τισσαφέρνους, ὅτι οἱ Ἕλληνες νικῷεν τὸ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ εἰς τὸ πρόσθε οἴχοιντο διώκοντες, ἐνταῦθα δὴ βασιλεὺς

μὲν

2. Rex cum ſuis præter alia, quæ diripiebant, etiam Cyri concubinam, patria Phocæenſem, quæ ſapiens & elegans appellabatur, cepit. Etenim altera natu minor, Mileſia, quum eſſet & ipſa regiis à militibus capta, nuda profugit ad Græcos, qui armati apud impedimenta erant. Nam ii Perſis reſiſtentes, partim multos, qui caſtra populabantur, interficiebant; partim & ipſi occidebantur. Neque tamen terga dedere, ſed & mulierem hanc ſalvam eripuerunt, & alia, quæ intus habebant, ipſos ſcilicet cum facultatibus homines conſervarunt.

3. Erat heic inter Regem & Græcos triginta fere ſtadiorum intervallum, quum hi oppoſitos ſibi hoſtes perſequerentur, quaſi qui univerſos viciſſent: illi caſtra diriperent, quaſi totus ipſorum exercitus victoriam adeptus eſſet. Verum poſteaquam Græci regem cum copiis eſſe apud impedimenta ſua perſentiſcerent, & Rex de Tiſſapherne audiiſſet, Græcos aciem oppoſitam ſibi viciſſe, ac perſequi fuſos ulterius: tum vero

ſuos

μὲν ἀθροίζει τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ συντάττεται. ὁ δὲ Κλέαρχος ἐβουλεύετο, Πρόξενον καλέσας, (πλησιαίτατος γὰρ ἦν·) εἰ πέμποιέν τινας ἢ πάντες ἴοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀρήξοντες.

δ΄. Ἐν τούτῳ βασιλεὺς πάλιν δῆλος ἦν προσιὼν, ὡς ἐδόκει, ὄπισθεν. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες συστραφέντες παρεσκευάζονται, ὡς ταύτῃ προσιόντες καὶ δεξόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς ταύτῃ μὲν οὐκ ἦγεν, ᾗ δὲ παρῆλθεν ἔξω τοῦ εὐωνύμου κέρατος, ταύτῃ καὶ ἀπήγαγεν, ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτομολήσαντας, καὶ Τισσαφέρνην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ.

ε΄. Ὁ γὰρ Τισσαφέρνης ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ οὐκ ἔφυγεν, ἀλλὰ διήλασε καὶ παρὰ τὸν ποταμὸν κατὰ τοὺς Ἕλληνας πελταστάς. διελαύνων δὲ κατέκτανε μὲν οὐδένα, διαστάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ἔπαιον καὶ ἠκόντιζον αὐτούς. Ἐπισθένης δὲ * Ἀμφιπολίτης ἦρχε τῶν πελταστῶν, καὶ ἐλέγετο φρόνιμος γενέσθαι.

ς΄. Ὁ δ' οὖν Τισσαφέρνης ὡς μεῖον ἔχων ἀπηλλά-

γη·

ſuos Rex collectos inſtruit. Clearchus autem, vocato ad ſe Proxeno, qui ei proximus erat, num quoſdam mitteret, deliberabat, an potius omnes ad caſtrorum defenſionem pergerent.

4. Interea Rex iterum accedere palam viſus eſt, & quidem à tergo, uti putabatur. Græci, ut acie converſa regem adorirentur & ſuſtinerent, ſeſe comparant. Rex autem non hac ducebat, ſed qua progreſſus ultra cornu lævum fuerat, eadem retroceſſit; receptis ad ſe iis, qui ad Græcos in prœlio perfugerant, ipſoque etiam Tiſſapherne cum ſuis.

5. Nam Tiſſaphernes primo in conflictu non fugerat, ſed ad flumen ipſum cum equitatu penetrarat adverſus Græcos, qui cetris utebantur. Quo in conatu penetrandi, neminem quidem interfecit ipſe: ſed Græci duas in partes diviſi, Tiſſaphernis copias cædebant & premebant jaculis. Cetratorum præfectus erat, Epiſthenes Amphipolitanus; vir, uti ferebatur, prudens.

6. Itaq; Tiſſaphernes, qui ſe inferiorem

γῇ· εἰς δὲ τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενος τῶν Ἑλλήνων, ἐκεῖ συντυγχάνει βασιλεῖ, καὶ ὁμοῦ δὴ πάλιν συνταξάμενοι ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δ' ἦσαν κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Ἑλλήνων κέρας, ἔδεισαν οἱ Ἕλληνες, μὴ προσάγοιεν πρὸς τὸ κέρας, καὶ περιπτύξαντες ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς διακόψειαν· καὶ ἐδόκει αὐτοῖς ἀναπτύσσειν τὸ κέρας, καὶ ποιήσασθαι ὄπισθεν τὸν ποταμόν.

ζ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐβουλεύοντο, καὶ δὴ βασιλεὺς παραμειψάμενος εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα, κατέστησεν ἀντίαν τὴν φάλαγγα, ὥσπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνῄει. ὡς δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες ἐγγύς τε ὄντας καὶ παρατεταγμένους, αὖθις παιανίσαντες ἐπῄεσαν πολὺ ἔτι προθυμότερον ἢ τὸ πρόσθεν.

η'. Οἱ δ' αὖ βάρβαροι οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐκ πλείονος, ἢ τὸ πρόσθεν, ἔφευγον. οἱ δὲ ἐπεδίωκον μέχρι κώμης τινός. ἐνταῦθα δὲ ἔστησαν οἱ Ἕλληνες. ὑπὲρ γὰρ τῆς κώμης γήλοφος ἦν, ἐφ' οὗ ἀνεστράφησαν οἱ ἀμφὶ βασιλέα, πεζοὶ

feriorem eſſe cerneret, diſceſſit: quumque Græcorum in caſtra perveniſſet, ibidem forte in regem incidit. Quo factum, ut ambo ſimul de integro inſtructis ſuis abirent. Ad lævum Græcorum cornu quum perveniſſent, verebantur Græci, ne cornua ſua invaderent, & utrinque circumventos cæderent. Quare viſum eſt ipſis, ita cornu hoc explicandum eſſe, ut à tergo flumen haberent.

7. Hoc illi dum conſilii capiunt, Rex, ad priſtinam aciei formam, qua primum hoſtes adortus fuerat, reducta phalange adverſus conſtitit. Quum autem Græci, hoſtes jam & inſtructos, & in propinquo cernerent; rurſum pæanem exorſi, multo alacrius quam antea, in eos pergunt.

8. Horum impetum barbari non ſuſtinent, ſed effuſius quam prius, fugam arripiunt. Græci eos uſque ad vicum quendam perſequuntur, ubi demum ſubſiſtunt. Nam vico quidam collis imminebat, in quo ſe convertebant ii, qui

πεζοὶ μὲν οὐκέτι, τῶν δὲ ἱππέων ὁ λόφος ἐνεπλήσθη, ὥστε τὸ ποιούμενον μὴ γιγνώσκειν. καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν * ἐπὶ πέλτης, ἐπὶ ξύλου ἀνατεταμένον.

θ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἐχώρουν οἱ Ἕλληνες, λείπουσι δὴ καὶ τὸν λόφον οἱ ἱππεῖς· οὐ μὴν ἔτι ἀθρόοι, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλοθεν· ἐψιλοῦτο δ' ὁ λόφος τῶν ἱππέων· τέλος δὲ καὶ πάντες ἀπεχώρησαν. ὁ οὖν Κλέαρχος οὐκ ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὸν λόφον, ἀλλ' ὑπὸ αὐτὸν στήσας τὸ στράτευμα, πέμπει Λύκιον τὸν Συρακούσιον, καὶ ἄλλον ἐπὶ τὸν λόφον, καὶ κελεύει κατιδόντας τὰ ὑπὲρ τοῦ λόφου, τί ἐστιν, ἀπαγγεῖλαι. καὶ ὁ Λύκιος ἤλασε, καὶ ἰδὼν ἀπαγγέλλει, ὅτι φεύγουσιν ἀνὰ κράτος.

ι'. Σχεδὸν δ', ὅτε ταῦτα ἦν, καὶ ἥλιος ἐδύετο. ἐνταῦθα δ' ἔστησαν οἱ Ἕλληνες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἀνεπαύοντο· καὶ ἅμα μὲν ἐθαύμαζον, ὅτι οὐδαμοῦ Κῦρος φαίνοιτο, οὐδ' ἄλλος ἀπ' αὐτοῦ οὐδεὶς παρείη. οὐ γὰρ ᾔδεσαν αὐτὸν τεθνηκότα, ἀλλ'

εἴκαζον

qui erant cum rege; complente collem equitatu, qui pedites ſecum nullos habebat. Quo factum, ut Græci, quid rerum ageretur, haud ſcirent. Etiam ſignum regium videre ſe dicebant, auream quandam aquilam in haſta extenſam.

9. Quum autem Græci huc etiam tenderent, deſerunt collem equites, non confertis copiis, ſed paſſim alii alio: nudabaturque adeo collis equitum copiis, donec omnes diſceſſiſſent. Clearchus tamen non continuo militem promovit in collem, ſed copiis ſub ipſo collocatis, Lycium Syracuſanum mittit cum alio quodam, atque imperat, ut ſpeculati, quæ eſſent in colle, omnia ſibi renuntiarent. Lycius quum adequitaſſet, & omnia vidiſſet, fugere ipſos totis viribus renuntiat.

10. Quum hæc gererentur, ſol propemodum occidebat. Atque heic Græci ſubſiſtebant, & armis collocatis quieſcebant; neque non mirari poterant, quamobrem nec Cyrus uſquam appareret, nec alius ab ipſo quiſquam adeſſet. Nam mortuum eſſe ignorabant, atque

εἴκαζον ἢ διώκοντας οἴχεσθαι, ἢ καταληψομένους τι προεληλακέναι. καὶ αὐτοὶ ἐβουλεύοντο, εἰ αὐτοῦ μείναντες τὰ σκευοφόρα ἐνταῦθα ἀγάγοιντο, ἢ ἀπίοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἀπιέναι· καὶ ἀφικνοῦνται ἀμφὶ δόρπηστον ἐπὶ τὰς σκηνάς. ταύτης μὲν τῆς ἡμέρας τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο.

ια'. Καταλαμβάνουσι δὲ τῶν τε ἄλλων χρημάτων τὰ πλεῖστα διηρπασμένα, καὶ εἴ τι σιτίον ἢ ποτὸν ἦν, καὶ τὰς ἁμάξας μεστὰς ἀλεύρων καὶ οἴνου, ἃς παρεσκευάσατο Κῦρος, ἵνα εἴ ποτε σφοδρὰ λάβοι τὸ στρατόπεδον ἔνδεια, διαδιδοίη τοῖς Ἕλλησιν. ἦσαν δ' αὗται, ὡς ἐλέγοντο, τετρακόσιαι ἅμαξαι. καὶ ταύτας τότε οἱ σὺν βασιλεῖ διήρπασαν· ὥστε ἄδειπνοι ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων· ἦσαν δὲ καὶ ἀνάριστοι. πρὶν γὰρ δὴ καταλῦσαι τὸ στράτευμα πρὸς ἄριστον, βασιλεὺς ἐφάνη. ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα οὕτω διεγένοντο.

ΞΕΝΟ-

adeo ſuſpicabantur, eum vel hoſtes perſequi, vel ad occupandum aliquid provectum eſſe. Conſultabant autem inter ſe, num illic potius manendum eſſet, adductis eo impedimentis; an ad caſtra pergendum. Ad extremum placuit in caſtra redire, ac ſub cœnæ tempus ad tentoria perveniunt. Et hic quidem ejus diei fuit exitus.

11. Offendunt autem cum alias fortunas ſuas maxima ex parte direptas, tum quidquid potulentum eſculentumve fuerat, & plauſtra farina vinoque onuſta, quæ Cyrus ſibi paraverat; ut ſi quando gravi in exercitu penuria rerum laboraretur, inter Græcos ea diſtribueret. Plauſtra ipſa numero fuiſſe cccc dicuntur, quæ tum regiæ copiæ diripuerant, eaque de cauſſa maxima Græcorum pars cœna carebat, quum ne quidem pranſi fuiſſent. Nam priuſquam ad prandendum accedere in caſtra potuiſſet exercitus, rex ſeſe oſtenderat. Atque hanc quidem noctem ſic exegerunt.

XENO-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ,
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΩΣ μὲν οὖν ἠθροίσθη Κύρῳ τὸ Ἑλληνικὸν, ὁπότε ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην ἐστρατεύετο, καὶ ὅσα ἐν τῇ ἀνόδῳ ἐπράχθη, καὶ ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ ὡς Κῦρος ἐτελεύτησε, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες οἱ Ἕλληνες ἐκοιμήθησαν, οἰόμενοι πάντα νικᾶν, καὶ Κῦρον ζῆν· ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται.

β'. Αμα

XENOPHONTIS
DE CYRI EXPEDITIONE
HISTORIARUM,
LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

QUEMADMODUM igitur Græcas Cyrus copias coegerit, quo tempore adverſus Artaxerxem fratrem expeditionem ſuſcepit, & quæ in itinere, dum aſcenderetur, geſta fuerint; quo pacto pugna fuerit commiſſa, & Cyrus occubuerit, Græcique ad caſtra ſua reverſi quieti ſe dederint, quod viciſſe ſe omnino exiſtimarent, & Cyrum eſſe ſuperſtitem; ſuperiore libro declaravimus.

* K 2 2. Mane

βʹ. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ συνελθόντες οἱ στρατηγοὶ ἐθαύμαζον, ὅτι Κῦρος οὔτε ἄλλον πέμποι σημανοῦντα ὅ,τι χρὴ ποιεῖν, οὔτ' αὐτὸς φαίνοιτο. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, συσκευασαμένοις ἃ εἶχον, καὶ ἐξοπλισαμένοις, προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, ἕως Κύρῳ συμμίξειαν.

γʹ. Ἤδη δὲ ἐν ὁρμῇ ὄντων, ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἦλθε Προκλῆς ὁ Τευθρανίας ἄρχων γεγονὼς, ἀπὸ Δαμαράτου τοῦ Λάκωνος, καὶ Γλοῦς ὁ * Ταμών. οὗτοι ἔλεγον, ὅτι Κῦρος μὲν τέθνηκεν, Ἀριαῖος δὲ πεφευγὼς ἐν τῷ σταθμῷ εἴη μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων, ὅθεν τῇ προτέρᾳ ὁρμῶντο· καὶ λέγοι, ὅτι ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιμείνειεν ἂν αὐτοὺς, εἰ μέλλοιεν ἥκειν· τῇ δὲ ἄλλῃ ἀπιέναι φαίη ἐπὶ Ἰωνίας, ὅθενπερ ἦλθε.

δʹ. Ταῦτα πυνθανόμενοι οἱ στρατηγοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, βαρέως ἔφερον. Κλέαρχος δὲ τάδε εἶπεν· ἀλλ' ὤφελε μὲν Κῦρος ζῆν. ἐπεὶ δὲ τετελεύτηκεν, ἀπαγγέλλετε Ἀριαίῳ, ὅτι ἡμεῖς γε νικῶμεν βασιλέα, καὶ, ὡς ὁρᾶτε,

2. Mane ſummo quum coiviſſent duces, mirabantur, à Cyro nec alium quenquam mitti, qui ſignificaret, ecquid agendum eſſet, nec ipſum in conſpectum prodire. Quamobrem viſum eſt eis, ut collectis impedimentis armati procederent, donec cum Cyro ſe conjungerent.

3. Quum jam progredi cœpiſſent, ſub ipſum ſolis ortum, Procles Teuthraniæ prætor, ex Damarati Lacedæmonii poſteritate ortus, & Tami filius Glus, veniunt. Narrant hi, Cyrum vitam cum morte commutaſſe: Ariæum, qui fugæ ſe dediſſet, iis eſſe in caſtris cum reliquis barbaris, è quibus pridie profecti fuiſſent; dicere hunc, velle ſe diem illum Græcos expectare, ſi venturi eſſent: poſtridie perrecturum in Ioniam, unde veniſſet.

4. Hæc quum duces perciperent, itemque Græci cæteri, graviter ſane ferebant. Clearchus quidem certe: Utinam Cyrus, ait, viveret: verum quia mortuus eſt, Ariæo renuntiate, viciſſe nos regem, neque quenquam amplius reſtare,

ὁρᾶτε, οὐδεὶς ἡμῖν ἔτι μάχεται· καὶ εἰ μὴ ὑμεῖς ἤλθετε, ἐπορευόμεθα ἂν ἐπὶ βασιλέα. ἐπαγγελλόμεθα δὲ Ἀριαίῳ, ἐὰν ἐνθάδε ἔλθῃ, εἰς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον αὐτὸν καθιεῖν. τῶν γὰρ μάχην νικώντων καὶ τὸ ἄρχειν ἐστί.

ε΄. Ταῦτ᾽ εἰπὼν ἀποστέλλει τοὺς ἀγγέλους, καὶ σὺν αὐτοῖς Χειρίσοφον τὸν Λάκωνα, καὶ Μένωνα τὸν Θετταλόν. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Μένων ἐβούλετο· ἦν γὰρ φίλος καὶ ξένος Ἀριαίου. οἱ μὲν ᾤχοντο, Κλέαρχος δὲ περιέμενε. τὸ δὲ στράτευμα ἐπορίζετο σῖτον, ὅπως ἐδύνατο, ἐκ τῶν ὑποζυγίων, κόπτοντες τοὺς βοῦς καὶ ὄνους. ξύλοις δ᾽ ἐχρῶντο, μικρὸν προϊόντες ἀπὸ τῆς φάλαγγος, οὗ ἡ μάχη ἐγένετο, τοῖς τε οἰστοῖς, πολλοῖς οὖσιν (οὓς ἠνάγκαζον οἱ Ἕλληνες ἐκβάλλειν τοὺς αὐτομολοῦντας παρὰ βασιλέως) καὶ τοῖς γέρροις, καὶ ταῖς ξυλίναις ἀσπίσι ταῖς Αἰγυπτίαις. πολλαὶ δὲ καὶ πέλται, καὶ ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι ἔρημοι. οἷς πᾶσι χρώμενοι, κρέα ἕψαντες ἤσθιον ἐκείνην τὴν ἡμέραν.

ϛ΄. Καὶ

reſtare, quemadmodum videtis, qui adverſus nos pugnet. Quod niſi vos veniſſetis, adverſus ipſum regem perrexiſſemus. Simul Ariæo pollicemur, ſi huc venerit, nos ipſum regium in ſolium collocaruros. Nam iis, qui prœlio ſuperiores evadunt, regnum etiam debetur.

5. Quum hæc dixiſſet, nuntios ablegat, adjunctis Cheriſopho Lacedæmonio, & Theſſalo Menone. Nam Meno ipſe ſic volebat, quippe cui cum Ariæo & hoſpitii jus intercederet, & amicitiæ. Et hi quidem iter ſunt ingreſſi, quum Clearchus ſubſiſteret. Exercitus interea jumentis victitabat, ut poterat, ac boves & aſinos mactabat. Progreſſique parumper ab aciei loco, quo loco prœlium commiſſum fuerat, pro lignis utebantur ſagittis, quarum magna erat copia, coactis iis, qui à rege perfugerant, ut eas evellerent; itemq; ſcutis Perſicis, & ligneis ſcutis Ægyptiacis. Erant & cetræ paſſim, & plauſtra vacua, quibus uſi omnibus elixabant carnes, iiſque famem illo die levabant.

6. Et

ϛ'. Καὶ ἤδη τε ἦν περὶ πλήθουσαν ἀγοράν, καὶ ἔρχονται παρὰ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους κήρυκες, οἱ μὲν ἄλλοι, βάρβαροι· ἦν δὲ αὐτῶν * Φαλῖνος εἷς Ἕλλην, ὃς ἐτύγχανε παρὰ Τισσαφέρνει ὤν, καὶ ἐντίμως ἔχων. καὶ γὰρ προσεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τὴν περὶ τὰς τάξεις τε καὶ ὁπλομαχίαν. οὗτοι δὲ προσελθόντες, καὶ καλέσαντες τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἄρχοντας, λέγουσιν ὅτι βασιλεὺς κελεύει, τοὺς Ἕλληνας, ἐπεὶ νικῶν τυγχάνει, καὶ Κῦρον ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα, ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας, εὑρίσκεσθαι ἤν τι δυνῶνται ἀγαθόν.

ζ'. Ταῦτα μὲν εἶπον οἱ βασιλέως κήρυκες. οἱ δὲ Ἕλληνες βαρέως μὲν ἤκουσαν· ὅμως δὲ Κλέαρχος τοσοῦτον εἶπεν· " ὅτι οὐ τῶν νικώντων εἴη τὰ ὅπλα παραδιδόναι· ἀλλ' (ἔφη) ὑμεῖς μὲν, ὦ ἄνδρες στρατηγοί, τούτοις ἀποκρίνασθε ὅ,τι κάλλιστόν τε καὶ ἄριστον ἔχετε· ἐγὼ δὲ αὐτίκα ἥξω.,, ἐκάλεσε γάρ τις αὐτὸν τῶν ὑπηρετῶν, ὅπως ἴδοι τὰ ἱερὰ ἐξῃρημένα. ἔτυχε γὰρ θυόμενος.

η'. Ενθα

6. Et jam id erat temporis, quo forum maxima hominum multitudine frequens erat, quum à Rege ac Tiſſapherne caduceatores veniunt, alii quidem barbari, unus Græcus Phalinus; qui apud Tiſſaphernem erat, & quidem honeſto loco, quod aciei ſtruendæ, & gladiatoriæ peritiam ſibi vindicaret. Hi quum acceſſiſſent, Græcorumque præfectos evocaſſent; mandare aiunt regem, quia Cyro interfecto penes ſe victoria ſit, arma traderent, & regis ad portam profecti periculum facerent, ſi quid forte commodi poſſent impetrare.

7. Hæc regii caduceatores aiebant: quæ audita tametſi graviter moleſteque Græci ferrent, Clearchus tamen id unum reſpondit; non eſſe illorum, qui viciſſent, arma tradere. Verum vos duces, ait, hoc eis reſpondete, quod honeſtiſſimum & optimum vobis in mentem venerit: Ego mox revertar. Nam unus ex apparitoribus eum arceſſiverat, ut exta jam exemta inſpiceret, quod id temporis forte rem ſacram faceret.

8. Ibi

η'. Ἔνθα δὲ ἀπεκρίνατο Κλεάνωρ μὲν ὁ Ἀρκὰς, πρεσβύτατος ὢν, ὅτι πρόσθεν ἂν ἀποθάνοιεν, ἢ τὰ ὅπλα παραδοῖεν. Πρόξενος δὲ ὁ Θηβαῖος, "Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, ὦ Φαλῖνε, θαυμάζω πότερα ὡς κρατῶν βασιλεὺς αἰτεῖ τὰ ὅπλα, ἢ ὡς διὰ φιλίαν καὶ δῶρα. εἰ μὲν γὰρ ὡς κρατῶν, τί δεῖ αὐτὸν αἰτεῖν, ἀλλ' οὐ λαβεῖν ἐλθόντα; εἰ δὲ πείσας βούλεται λαβεῖν, λεγέτω τί ἔσται τοῖς στρατιώταις, ἐὰν αὐτῷ ταῦτα χαρίσωνται;

θ'. Πρὸς ταῦτα Φαλῖνος εἶπε· βασιλεὺς νικᾷν ἡγεῖται, ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτονε. τίς γὰρ αὐτῷ ἐστιν ὅστις ἀρχῆς ἀντιποιεῖται; νομίζει δὲ καὶ ὑμᾶς αὐτοῦ εἶναι, ἔχων ἐν μέσῃ τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, καὶ ποταμῶν ἐντὸς ἀδιαβάτων· καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἐφ' ὑμᾶς δυνάμενος ἀγαγεῖν, ὅσον οὐδ' εἰ παρέχοι ὑμῖν, δύναισθ' ἂν ἀποκτεῖναι.

ι'. Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν Ἀθηναῖος εἶπεν· ὦ Φαλῖνε, νῦν, ὡς σὺ ὁρᾷς, ἡμῖν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀγαθὸν, εἰ μὴ ὅπλα καὶ ἀρετή.

8. Ibi Cleanor Arcas, natu maximus omnium, reſpondet; Prius ſe moriturum, quam arma traderet. Proxenus vero Thebanus, Equidem miror, inquit, Phaline, utrum ſic arma Rex poſtulet, ut qui vicerit, an amicitiæ ac munerum cauſſa. Nam ſi ea victoriæ nomine poſtulat, quid opus eſt ea petere? cur non potius ereptum venit? Sin perſuadendo putat ea ſe conſequuturum, dicat nobis, quid habituri milites ſint, ubi in hoc ei gratificati fuerint?

9. Ad hæc Phalinus: Rex, inquit, viciſſe ſe arbitratur, quia Cyrum occiderit. Nam quis eſt hominum, qui ſibi regnum hoc prætereà vindicet? Vos etiam pro ſuis ducit, quos media in regione ſua concluſos tenet intra flumina trajectu difficillima; & adverſus quos hominum eam multitudinem ducere poteſt, quam vos ne perimere quidem poſſetis, ſi poteſtatem ejus vobis faceret.

10. Tum Xenophon Athenienſis: Nobis jam, inquit, Phaline, nullius boni, ceu vides, copia eſt, extra ſola hæc arma, & virtutem.

ἀρετὴ καὶ ὅπλα. μὲν οὖν ἔχοντες, οἰόμεθα ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι· παραδόντες δ' ἂν ταῦτα, καὶ τῶν σωμάτων στερηθῆναι. μὴ οὖν οἴου τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ ὄντα ἡμᾶς παραδώσειν· ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ περὶ τῶν * ὑμετέρων ἀγαθῶν μαχούμεθα. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φαλῖνος ἐγέλασε· καὶ εἶπεν· ἀλλὰ φιλοσόφῳ μὲν ἔοικας ὦ νεανίσκε, καὶ λέγεις οὐκ ἀχάριστα. ἴσθι μέντοι ἀνόητος ὤν, εἰ οἴει ἂν τὴν ὑμετέραν ἀρετὴν περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως.

ια'. Ἄλλους δέ τινας ἔφασαν λέγειν ὑπομαλακιζομένους, ὡς καὶ Κύρῳ πιστοὶ γένοιντο, καὶ βασιλεῖ γ' ἂν πολλοῦ ἄξιοι γένοιντο, εἰ βούλοιτο φίλος γενέσθαι· καὶ εἴτε τι ἄλλο βούλεται χρῆσθαι, εἴτ' ἐπ' Αἴγυπτον στρατεύειν, συγκαταστρέψαιντ' ἂν αὐτῷ. ἐν τούτῳ καὶ Κλέαρχος ἧκε, καὶ ἠρώτησεν, εἰ ἤδη ἀποκεκριμένοι εἶεν. Φαλῖνος δ' ὑπολαβὼν, εἶπεν·

virtutem. Quamobrem quamdiu arma retinebimus, virtutem uſui nobis fore putabimus: eadem ſi tradiderimus, veremur corpora nobis ereptum iri. Quamobrem non exiſtimes, ea nos bona, quæ ſola nobis reliqua ſunt, tradituros: ſed horum ipſorum ope, de bonis etiam veſtris pugnaturos. Quæ quum Phalinus audiiſſet: cum riſu, Tu quidem, ait, philoſophi ſpeciem præ te fers, adoleſcens, & non injucunda quædam profers. Sed enim ſtultum te eſſe ſcito, ſi fortitudinem veſtram viribus regis ſuperiorem fore ſperas.

11. Alios autem nonnullos ferebatur animis nonnihil remiſſis fuiſſe, qui Cyro ſe fidos fuiſſe dicerent; atque etiam regi maximo commodo futuros, ſi recipere ipſos in amicitiam vellet. Nam & in aliis quibuſvis expeditionibus affuturos, in quibus uſurus ipſorum eſſet opera; &, ſi debellare Ægyptum vellet, una cum ipſo eam expugnaturos. Interea Clearchus revertens, ecquid jam reſpondiſſent, quærebat. Ejus ſermonem Phalinus excipiens: Horum, inquit,

πεν· οὗτοι μὲν, ὦ Κλέαρχε, ἄλλος ἄλλα λέγει· σὺ δ' ἡμῖν εἰπὲ, τί λέγεις;

ιβ'. Ὁ δ' εἶπεν· ἐγώ σε, ὦ Φαλῖνε, ἄσμενος ἑώρακα, οἶμαι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οὗτοι. σύ τε γὰρ Ἕλλην εἶ, καὶ ἡμεῖς, τοσοῦτοι ὄντες, ὅσους σὺ ὁρᾷς, ἐν τοιούτοις δὲ ὄντες πράγμασι, συμβουλευόμεθά σοι, τί χρὴ ποιεῖν περὶ ὧν λέγεις. σὺ οὖν πρὸς Θεῶν συμβούλευσον ἡμῖν ὅ,τι σοι δοκεῖ κάλλιστον καὶ ἄριστον εἶναι, καὶ ὅ σοι τιμὴν οἴσει εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀναλεγόμενον, ὅτι Φαλῖνός ποτε πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως, κελεύσων τοὺς Ἕλληνας τὰ ὅπλα παραδοῦναι, συμβουλευόμενος συνεβούλευσεν αὐτοῖς τάδε. οἶσθα δὲ, ὅτι ἀνάγκη λέγεσθαι ἐν τῇ Ἑλλάδι, ὃ ἂν συμβουλεύσῃς.

ιγ'. Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦτα ὑπήγετο, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν παρὰ βασιλέως πρεσβεύοντα συμβουλεῦσαι μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα, ὅπως εὐέλπιδες μᾶλλον οἱ Ἕλληνες εἶεν. Φαλῖνος δὲ ὑποστρέψας, παρὰ τὴν δόξαν

quit, alius aliud ait, Clearche. Tu quid dicas, exponito.

12. Et ille: Ego vero Phaline, ait, lubens te vidi, atque itidem omnes hi, mea quidem ſententia: Nam & tu perinde Græcus es, ac nos, qui tot numero ſumus, quot ipſe vides, & hoc rerum noſtrarum ſtatu, conſilium abs te de eo, quod nobis agendum ſit illa in cauſſa, quam affers, poſcimus. Quamobrem per Deos immortales te obteſtamur, ut conſulas nobis, quod tibi pulcherrimum & optimum factu videbitur, & quod ſequuturis temporibus repetitum commemoratumque honorem tibi afferet: Phalinum videlicet, à rege miſſum, ut Græcos arma tradere juberet, hæc & illa ipſis conſuluiſſe. Scis autem neceſſario futurum, ut ejus conſilii, quod dederis, in Græcia mentio fiat.

13. Hæc Clearchus adjiciebat, quia vellet, illum ipſum, qui legationem regis obiret, hoc ipſis conſilii dare, ne arma traderent, ut Græci ſpem meliorem conciperent. Phalinus autem ſecedens, ubi revertiſſet, præter ipſius opinionem

δόξαν αὐτῷ εἶπεν ὧδε· « Ἐγώ, εἰ μὲν τῶν μυρίων ἐλπίδων μία τις ὑμῖν ἐστι σωθῆναι πολεμοῦντας βασιλεῖ, συμβουλεύω μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα· εἰ μέν τοι μηδεμιᾶς σωτηρίας ἐστὶν ἐλπὶς ἄκοντος βασιλέως, συμβουλεύω σώζεσθαι ὅπῃ δυνατόν.

ιδ'. Κλέαρχος δὲ πρὸς ταῦτα εἶπεν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ σὺ λέγεις· παρ' ἡμῶν δὲ ἀπάγγελλε ταῦτα, ὅτι ἡμεῖς οἰόμεθα, εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι, ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ παραδόντες ἄλλῳ· εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα ἢ ἄλλῳ παραδόντες.

ιε'. Ὁ δὲ Φαλῖνος εἶπε· Ταῦτα μὲν δὴ ἀπαγγελοῦμεν· ἀλλὰ καὶ τάδε ὑμῖν ἐκέλευσεν εἰπεῖν βασιλεύς, ὅτι μένουσι μὲν ὑμῖν αὐτοῦ, σπονδαὶ εἴησαν, προϊοῦσι δὲ καὶ ἀπιοῦσι, πόλεμος. εἴπατε οὖν καὶ περὶ τούτου, πότερα μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν, ἢ ὡς πολέμου ὄντος παρ' ὑμῶν ἀπαγγελῶ. Κλέαρχος δ' ἔλεξεν· Ἀπάγγελλε τοίνυν καὶ περὶ τούτων, ὅτι καὶ ἡμῖν ταῦτα δοκεῖ, ἅπερ βασιλεῖ.

ις'. Τί

nem hoc modo reſpondit: Ego, ſi vel una ſpes de mille vobis eſt reliqua, fore vos ſalvos, ſi bellum cum rege geratis; hoc conſilii do, ne tradatis arma: Sin rege invito nulla vobis ſpes ſalutis ſupereſt, ſalutem amplectendam eſſe conſulo, quacunque ratione poteritis.

14. Ad ea Clearchus: Dicis tu quidem hæc, inquit. Verum noſtris verbis renuntiato, exiſtimare nos, ſi regi amicos eſſe oporteat, multo nos ipſi futuros utiliores amicos, quum arma retinebimus, quam ſi alteri ea tradiderimus. Sin bellum cum ipſo gerendum erit, melius id geremus armis inſtructi, quam iiſdem alii traditis.

15. Renuntiabimus hæc, ait Phalinus: ſed & illa dici Rex juſſit, ſe vobis heic manentibus, fœdera; diſcedentibus ac progredientibus, bellum offerre. Quamobrem de hoc etiam reſpondete, num manendo iniri fœdera velitis, an bellum vos anteponere nuntiandum ſit? Et Clearchus: Hac etiam in parte, inquit, renuntiato, nobis eadem, quæ regi, videri.

16. At

ιϛʹ. Τί οὖν ταῦτ᾽ ἐστίν; ἔφη ὁ Φαλῖνος. ἀπεκρίνατο Κλέαρχος· ἢν μὲν μένωμεν, σπονδαί· ἀπιοῦσι δὲ καὶ προϊοῦσι, πόλεμος. ὁ δὲ πάλιν ἠρώτησε· σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ; Κλέαρχος δὲ ταῦτα πάλιν ἀπεκρίνατο· σπονδαὶ μὲν μένουσιν, ἀπιοῦσι δὲ ἢ προϊοῦσι, πόλεμος. ὅ,τι δὲ ποιήσοι, οὐ διεσήμαινε.

ΚΕΦ. βʹ.

Φαλῖνος μὲν δὴ ᾤχετο, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Οἱ δὲ παρὰ Ἀριαίου ἧκον, Προκλῆς καὶ Χειρίσοφος· Μένων δὲ αὐτοῦ ἔμενε παρὰ Ἀριαίῳ. οὗτοι δ᾽ ἔλεγον, ὅτι πολλοὺς φαίη Ἀριαῖος εἶναι Πέρσας ἑαυτοῦ βελτίους, οὓς οὐκ ἂν ἀνασχέσθαι αὐτοῦ βασιλεύοντος. ἀλλ᾽ εἰ βούλεσθε συναπιέναι, ἥκειν ἤδη κελεύει τῆς νυκτός· εἰ δὲ μή, αὐτὸς πρωῒ ἀπιέναι φησίν. ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπεν· ἀλλ᾽ οὕτω χρὴ ποιεῖν, ἂν μὲν ἥκωμεν, ὥσπερ λέγετε. εἰ δὲ μή, πράττετε ὁποῖον ἄν τι ὑμῖν οἴησθε μάλιϛα

16. At quæ ſunt illa? ſubjecit Phalinus. Si manebimus, ait Clearchus, fœdera nos facturos: ſin abeamus ac progrediamur, bellum. Et Phalinus iterum quærit: Fœderane, an bellum renuntiabo? Clearchus rurſum: Fœdera quidem manentibus; diſcedentibus autem, vel progredientibus, bellum eſto. Quid autem ipſe facturus eſſet, non ſignificabat.

CAP. II.

Quapropter Phalinus cum ſuis abibat. Procles vero, & Cheriſophus, ab Ariæo quum rediſſent, Menone apud Ariæum remanente: aiebant dixiſſe Ariæum, multos Perſas ſibi longe præſtare dignitate, qui laturi non ſint, ut rerum ipſe potiatur. Verum ſi vultis cum ipſo diſcedere, noctu jam venire nos jubet: ſin autem, ſcire vos vult, prima ſe luce cras diſceſſurum. Et Clearchus: Sic faciendum eſt, inquit, ſi ad ipſum accedere volumus, quemadmodum vos dicitis: ſin autem, facite id, quod vobis maxime profuturum exiſtimatis.

λιστα συμφέρειν. ὅ,τι δὲ ποιήσοι, οὐδὲ τούτοις εἶπε.

β′. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤδη ἡλίου δύοντος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγούς, ἔλεξε τοιάδε· « Ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες, θυομένῳ ἰέναι ἐπὶ βασιλέα, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. καὶ εἰκότως ἄρα οὐκ ἐγίγνετο. ὡς γὰρ ἐγὼ νῦν πυνθάνομαι, ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ βασιλέως ὁ Τίγρης ποταμός ἐστι ναυσίπορος, ὃν οὐκ ἂν δυναίμεθα ἄνευ πλοίων διαβῆναι· πλοῖα δ' ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. οὐ μὲν δὴ αὐτοῦ γε μένειν οἷόν τε. τὰ γὰρ ἐπιτήδεια οὐκ ἔστιν. ἰέναι δὲ παρὰ τοὺς Κύρου φίλους, πάνυ καλὰ ἡμῖν τὰ ἱερὰ ἦν. ὧδε οὖν χρὴ ποιεῖν. ἀπιόντας δειπνεῖν, ὅ,τι τις ἔχει· ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, συσκευάζεσθε· ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον, ἀνατίθεσθε ἐπὶ τὰ ὑποζύγια· ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ, ἕπεσθε τῷ ἡγουμένῳ, τὰ μὲν ὑποζύγια

ſtimatis. Ipſe quid facturus eſſet, non indicabat.

2. Poſt hæc, ſole jam occidente, convocatis prætoribus & cohortium præfectis, hujuſmodi quædam loquutus eſt: Sacram mihi rem facienti, milites, expeditionis adverſus regem ſuſcipiendæ cauſa, exta abdixerunt, & merito quidem. Nam ut ego jam comperio, medio inter regem & nos loco Tigris fluvius intereſt, qui navibus tantum trajici poteſt: ideoque trajici à nobis abſque navigiis haudquaquam poterit, quod à navibus deſtituimur. Heic autem fieri non poteſt ut ſubſiſtamus, quod commeatus nos deficit. Cæterum de profectione ad amicos Cyri, auſpicata nobis exta imprimis obtigerunt. Quamobrem ſic res eſt agenda: abite, ac cœnam pro copia quiſque ſua capite: deinde quum eo modo, quo quieſcendi tempus ſignificatur, datum cornu ſignum fuerit, colligite res veſtras: quum ſignum alterum dabitur, jumentis eas imponite: ad ſignum tertium, ducentem ſic ſequimini, ut ſecundum flumen

ζεύγη ἔχοντες περὶ τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω. „

γʹ. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ ἀπῆλθον, καὶ ἐποίουν οὕτω· καὶ τὸ λοιπὸν ὁ μὲν ἦρχεν, οἱ δ' ἐπείθοντο, οὐχ ἑλόμενοι, ἀλλ' ὁρῶντες, ὅτι μόνος ἐφρόνει οἷα δεῖ τὸν ἄρχοντα, οἱ δὲ ἄλλοι ἄπειροι ἦσαν. ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακόσιοι, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι. ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι.

δʹ. Ἐντεῦθεν δή, ἐπεὶ σκότος ἐγένετο, Μιλτοκύθης μὲν ὁ Θρᾷξ, ἔχων τούς τε ἱππέας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ εἰς τεσσαράκοντα, καὶ τῶν πεζῶν Θρᾳκῶν ὡς τριακοσίους, ηὐτομόλησε πρὸς βασιλέα. Κλέαρχος δὲ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο, κατὰ τὰ παρηγγελμένα, οἱ δ' εἵποντο. καὶ ἀφικνοῦνται εἰς τὸν πρῶτον σταθμὸν παρὰ Ἀριαῖον καὶ τὴν ἐκείνου στρατιάν, ἀμφὶ μέσας νύκτας, καὶ ἐν τάξει θέμενοι τὰ ὅπλα, συνῆλθον οἱ

men jumenta ſint, exterius armati.

3. Quæ quum duces audiiſſent, itemque præfecti cohortium, abeunt, & imperata faciunt. Atque ex hoc tempore Clearchus imperium obtinebat, parebant illi, non quod eum ad hoc delegiſſent, ſed quia viderent ſolum ſic ſapere, ut principem in exercitu virum oporteat, quum alii rerum uſum nullum haberent. Iter, quod ab Epheſo Ioniæ oppido ad prœlii tempus uſque confecerant, caſtris XCIII abſolverant, quæ paraſangæ ſunt IↃXXXV, ſtadia vero XVICIↃ, & L. A pugna dicebantur Babylonem uſque reſtare tria millia ſtadiorum & ſexaginta.

4. Inde quum adveſperaſſet, Miltocythes Thrax cum XL equitibus, & circiter CCC è Thracia peditibus, ad regem perfugit. Cæterorum dux erat Clearchus, quemadmodum convenerat. Qui quum eum ſequerentur, ad caſtra prima perveniunt prope Ariæum, & ipſius exercitum, circa medium noctis. Quumque armatorum acies inſtructa eſſet, Græcorum præ-

οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ τῶν Ἑλλήνων παρὰ Ἀριαῖον, καὶ ὤμοσαν οἵ τε Ἕλληνες, καὶ Ἀριαῖος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἱ κράτιστοι, μήτε προδώσειν ἀλλήλους, σύμμαχοί τε ἔσεσθαι· οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν, καὶ ἡγήσεσθαι ἀδόλως· ταῦτα δ' ὤμοσαν, σφάξαντες κάπρον, καὶ ταῦρον, καὶ λύκον, καὶ κριὸν, εἰς ἀσπίδα βάπτοντες οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην.

10. Reſtabat jugum tertium, maxime præruptum, quod imminebat excubiis, quas ad ignem deprehenderant ii qui noctu illuc contenderant. Quum autem prope Græci cum copiis abeſſent, barbari ſine prœlio jugum relinquunt. Quæ res omnibus admirationi fuit, atque adeo ſuſpicabantur, eos locum propterea relinquere, quod vererentur, ne circumventi undique obſiderentur. Verum hi ſummo de vertice deſpicientes ea quæ à tergo gererentur, omnes in extremum agmen tendebant.

11. Xenophon cum junioribus in jugum aſcendebat, cæteros ſubſequi jubebat, ut extremæ cohortes cum ipſis conjungere ſe poſſent: quæ ubi acceſſiſſent, edixit, ut in via loco æquabili in armis conſiſterent. Ibi tum Archagoras Argivus elapſus fuga venit, ac ſe cum ſuis de primo colle vi pulſum narrat, & Cephiſidorum, Amphicratem, cæteros peremtos ait, quicunque de ſaxo non

de-

τῆς πέτρας πρὸς τοὺς ὀπισθοφύλακας ἀφίκοντο.

ιβ'. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενοι οἱ βάρβαροι, ἧκον ἐπ' ἀντίπορον λόφον τῷ μαστῷ· καὶ Ξενοφῶν διελέγετο αὐτοῖς δι' ἑρμηνέως περὶ σπονδῶν, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀπῄτει. οἱ δ' ἔφασαν ἀποδώσειν, ἐφ' ᾧ μὴ καίειν τὰς κώμας. συνωμολόγει ταῦτα ὁ Ξενοφῶν. ἐν ᾧ δὲ τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα παρῄει, οἱ δὲ ταῦτα διελέγοντο, πάντες οἱ ἐκ τούτου τοῦ τόπου συνερρύησαν.

ιγ'. Ἐνταῦθα ἵσταντο οἱ πολέμιοι, καὶ ἐπεὶ ἤρξαντο καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ μαστοῦ πρὸς τοὺς ἄλλους, ἔνθα τὰ ὅπλα ἔκειντο, ἵεντο δὴ οἱ πολέμιοι πολλῷ πλήθει καὶ θορύβῳ. καὶ ἐπεὶ ἐγένοντο ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ μαστοῦ, ἀφ' οὗ Ξενοφῶν κατέβαινεν, ἐκυλίνδουν πέτρας, καὶ ἑνὸς μὲν κατέαξαν τὸ σκέλος· Ξενοφῶντα δὲ ὁ ὑπασπιστὴς, ἔχων τὴν ἀσπίδα, ἀπέλιπεν· Εὐρύλοχος δὲ Λυσιεὺς Ἀρκὰς προσέδραμεν αὐτῷ ὁπλίτης, καὶ πρὸ ἀμφοῖν προβεβλημένος ἀπεχώρει, καὶ οἱ ἄλλοι πρὸς τοὺς συντεταγμένους ἀπῆλθον.

ιδ'. Ἐκ

deſiliiſſent, & ad extremi agminis ſubſidia perveniſſent.

12. Qua re confecta, barbari ad collem tendunt oppoſitum vertici. Eos Xenophon induciarum nomine per interpretem compellat, & interfectorum corpora poſcit. Aiunt illi, reddituros ea ſe, modo vicos non exurerent. Aſſentitur in hoc ipſis Xenophon. Interea vero, dum copiæ cæteræ prætereunt, atque inter ſe de conditionibus diſſerunt: omnes eo de loco confluxerant.

13. Tum vero ſubſtiterunt hoſtes, quumque Græci deſcendere de jugo ad alios cœpiſſent, ubi milites in armis ſtabant, pergunt magno numero ac tumultu barbari, conſcenſoque vertice jugi, de quo Xenophon deſcenderat, ſaxa devolvebant: quorum vi crus uni fractum fuit. Aberat à Xenophonte, cum ſcuto, ipſius ſatelles: verum Eurylochus Luſienſis Arcas, gravis armaturæ miles, ad ipſum accurrit, ac pro utroque, ſcuto hoſtibus objecto pedem referebat, cæteris etiam ad illos, qui ſtabant inſtructi, pergentibus.

14. Ita

ιδʹ. Ἐκ δὲ τούτου πᾶν ὁμοῦ ἐγένετο τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ ἐσκήνησαν αὐτοῦ ἐν πολλαῖς καὶ καλαῖς οἰκίαις, καὶ ἐπιτηδείοις δαψιλέσι. καὶ γὰρ οἶνος πολὺς ἦν, ὥστε ἐν λάκκοις κονιατοῖς εἶχον. Ξενοφῶν δὲ καὶ Χειρίσοφος διεπράξαντο, ὥστε λαβόντες τοὺς νεκροὺς ἀποδοῦναι τὸν ἡγεμόνα, καὶ πάντα ἐποίησαν τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐκ τῶν δυνατῶν, ὥσπερ νομίζεται ἀνδράσιν ἀγαθοῖς.

ιεʹ. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἄνευ ἡγεμόνος ἐπορεύοντο. μαχόμενοι δ᾽ οἱ πολέμιοι, καὶ ὅπῃ εἴη στενὸν χωρίον προκαταλαμβάνοντες, ἐκώλυον τὰς παρόδους. ὁπότε μὲν οὖν τοὺς πρώτους κωλύοιεν, Ξενοφῶν ὄπισθεν ἐκβαίνων πρὸς τὰ ὄρη, ἔλυε τὴν ἀπόφραξιν τῆς παρόδου τοῖς πρώτοις, ἀνωτέρω πειρώμενος γίγνεσθαι τῶν κωλυόντων. ὁπότε δὲ τοῖς ὄπισθεν ἐπιθοῖντο, Χειρίσοφος ἐκβαίνων, καὶ πειρώμενος ἀνωτέρω γίγνεσθαι τῶν κωλυόντων, ἔλυε τὴν ἀπόφραξιν τῆς παρόδου τοῖς ὄπισθεν. καὶ ἀεὶ οὕτω ἐβοήθουν ἀλλήλοις, καὶ ἰσχυρῶς ἀλλήλων ἐπεμελοῦντο.

ιϛʹ. Ἦν

14. Ita tunc omnes Græcæ copiæ convenerunt eodem loco, proque tabernaculis multas & elegantes domos habuerunt, cum largo commeatu. Nam tanta vini erat heic copia, ut etiam ciſternis illitis opere tectorio contineretur. Perfecerunt autem Xenophon & Cheriſophus, ut tradito itineris duce, mortuorum corpora reciperent. Eis juſta pro viribus facta, quæ fieri viris fortibus in more eſt.

15. Poſtridie ſine duce proficiſcebantur. Hoſtes autem partim pugnando, partim loca, ſi qua eſſent anguſta, antecapiendo, tranſitu noſtros arcebant. Quod ſi ergo primos impediebant, Xenophon à tergo montes conſcendens efficiebat, ut viæ primis obſtructæ aperirentur; quum operam daret, ut altius iis, qui arcebant, aſcenderet: ſin ultimum agmen adorirentur, Cheriſophus aſcendens, operam dabat, ut arcentibus altior evaderet, atq; ita viam ultimis obſeptam apperiebat. Hoc modo ſemper opem ſibi mutuam ferebant, & naviter admodum alter alterius curam gerebat.

16. Non-

ιϛʹ. Ἦν δὲ ὁπότε καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀναβᾶσι πολλὰ πράγματα παρεῖχον οἱ βάρβαροι πάλιν καταβαίνουσιν. ἐλαφροὶ γὰρ ἦσαν, ὥστε καὶ ἐγγύθεν φεύγοντες ἀποφεύγειν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο εἶχον, ἢ τόξα καὶ σφενδόνας. ἄριστοι δὲ τοξόται ἦσαν. εἶχον δὲ τόξα ἐγγὺς τριπήχη, τὰ δὲ τοξεύματα πλέον ἢ διπήχη. εἷλκον δὲ τὰς νευρὰς, ὁπότε τοξεύοιεν, πρὸς τὸ κάτω τοῦ τόξου, τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες. τὰ δὲ τοξεύματα ἐχώρει διὰ τῶν ἀσπίδων καὶ διὰ τῶν θωράκων. ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οἱ Ἕλληνες ἐπιλαβόμενοι ἀκοντίοις ἐναγκυλῶντες. ἐν τούτοις τοῖς χωρίοις οἱ Κρῆτες χρησιμώτατοι ἐγένοντο. ἦρχε δὲ αὐτῶν Στρατοκλῆς Κρής.

ΚΕΦ. γʹ.

Ταύτην δ' αὖ τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν ἐν ταῖς κώμαις ταῖς ὑπὲρ τοῦ πεδίου τοῦ παρὰ τὸν Κεντρίτην ποταμὸν, εὖρος ὡς δίπλεθρον, ὃς ὁρίζει τὴν Ἀρμενίαν καὶ τὴν τῶν Καρδούχων

16. Nonnunquam barbari, quum jam montes ſuperaſſent, deſcendentibus negotium faciebant. Erant enim adeo expediti, ut etiam quum proxime acceſſiſſent, poſſent effugere. Neque ſane quidquam præter arcus & fundas geſtabant, quum quidem ſagittarii longe peritiſſimi eſſent. Arcus ternûm fere cubitûm habebant, ſagittas binis cubitis longiores. Nervos, emiſſuri ſagittas, verſus imam partem arcus tendebant, pedem ſiniſtrum applicantes. Sagittæ ipſos clupeos & loricas penetrabant. Eas ſi Græci nacti eſſent, amentabant; & deinde loco jaculorum eis utebantur. His in locis maximo uſui Cretenſes fuere, quibus Stratocles, ipſorum civis, præerat.

CAP. III.

Atque eo quidem die in vicis commorati ſunt, ultra planitiem, propter Centritem fluvium ſitam. Habet is duûm plethrûm latitudinem, & Armeniam à Carduchorum agro ſeparat.

Καρδούχων χώραν. καὶ οἱ Ἕλληνες ἐνταῦθα ἀνεπαύσαντο. ἀπεῖχε δὲ τῶν ὀρέων ὁ ποταμὸς ὡς ἓξ ἢ ἑπτὰ στάδια τῶν Καρδούχων.

β'. Τότε μὲν οὖν ηὐλίσθησαν μάλα ἡδέως, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντες, καὶ πολλὰ τῶν παρεληλυθότων πόνων μνημονεύοντες. ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας, ὅσας περ ἐπορεύθησαν διὰ τῶν Καρδούχων, πάσας μαχόμενοι διετέλεσαν· καὶ ἔπαθον κακὰ οἷα οὐδὲ τὰ σύμπαντα ὑπὸ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους.

γ'. Ὡς οὖν ἀπηλλαγμένοι τούτων, ἡδέως ἐκοιμήθησαν. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ ὁρῶσιν ἱππέας πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐξωπλισμένους, ὡς κωλύσοντας διαβαίνειν· πεζοὺς δ' ἐπὶ ταῖς ὄχθαις παρατεταγμένους ἄνω τῶν ἱππέων, ὡς κωλύσοντας εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἐκβαίνειν.

δ'. Ἦσαν δὲ οὗτοι Ὀρόντου καὶ Ἀρτούχου Ἀρμένιοι, καὶ Μυγδόνιοι, καὶ Χαλδαῖοι μισθοφόροι. ἐλέγοντο δὲ οἱ Χαλδαῖοι ἐλεύθεροι καὶ ἄλκιμοι εἶναι· ὅπλα δ' εἶχον, γέῤῥα μακρὰ, καὶ λόγχας. αἱ δὲ ὄχθαι αὗται,

ſeparat. Hoc loco Græci ſe quieti dabant. A Carduchorum montibus amnis ipſe circiter ſex vel ſeptem ſtadiis aberat.

2. Sunt autem heic jucundiſſimo diverſorio uſi, quum & commeatum haberent, & præteritorum laborum multum recordarentur. Nam dies totos ſeptem, quibus per Carduchos profecti erant, perpetuis exerciti prœliis fuerant, eaque perpeſſi mala, quæ univerſa ab rege & Tiſſapherne illata incommoda æquare nequeant.

3. Quamobrem quaſi ſi liberati ab his eſſent, jucunde ſomno ſe recrearunt. Exoriente jam die trans fluvium equites armatos vident, tanquam ſi tranſitum impedituri eſſent. Supra equites in ripis fluminis pedites inſtructi ſtabant, impedituri, ne in Armeniam deflecterent.

4. Erant hi ab Oronta & Artucho conducti ſtipendio milites ex Armenia, Mygdonia, & Chaldæa. Chaldæi quidem liberi ac bellicoſi eſſe ferebantur. Gerris oblongis, & haſtis armorum loco utebantur. Altiores illæ ripæ,

ται, ἐφ᾽ ὧν παρατεταγμένοι οὗτοι ἦσαν, τρία ἢ τέτταρα πλέθρα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀπεῖχον. ὁδὸς δὲ μία ἡ ὁρωμένη ἦν, ἄγουσα ἄνω ὥσπερ χειροποίητος.

ε'. Ταύτῃ ἐπειρῶντο διαβαίνειν οἱ Ἕλληνες. ἐπεὶ δὲ πειρωμένοις τό,τε ὕδωρ ὑπὲρ τῶν μαστῶν ἐφαίνετο, καὶ τραχὺς ἦν ὁ ποταμὸς μεγάλοις λίθοις καὶ ὀλισθηροῖς, καὶ οὔτε ἐν τῷ ὕδατι τὰ ὅπλα ἦν ἔχειν· εἰ δὲ μή, ἥρπαζεν ὁ ποταμός· ἐπί τε τῆς κεφαλῆς τὰ ὅπλα εἴ τις φέροι, γυμνοὶ ἐφέροντο πρὸς τὰ τοξεύματα καὶ τὰ ἄλλα βέλη· ἀνεχώρησαν, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ τὸν ποταμόν.

ϛ'. Ἔνθα δὲ αὐτοὶ τὴν πρόσθεν νύκτα ἦσαν ἐπὶ τοῦ ὄρους, ἑώρων τοὺς Καρδούχους πολλοὺς συνειλεγμένους σὺν τοῖς ὅπλοις. ἐνταῦθα δὴ πολλὴ ἀθυμία ἦν τοῖς Ἕλλησιν, ὁρῶσι μὲν τοῦ ποταμοῦ τὴν δυσπορίαν, ὁρῶσι δὲ τοὺς διαβαίνειν κωλύσοντας, ὁρῶσι δὲ τοῖς διαβαίνουσιν ἐπικεισομένους τοὺς Καρδούχους ὄπισθεν. ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα ἔμενον ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ ὄντες.

ζ'. Ξενο-

pæ, in quibus hi inſtructi ſtabant, tres vel quatuor plethris ab amne aberant. Via, quæ quidem cerneretur, una erat, eaque ſurſum ducebat, quaſi manu facta.

5. Hac Græci tranſire conabantur. In hoc conatu quum aqua mamillas ſuperaſſet, ac flumen propter ingentia ſaxa, eaque lubrica, eſſet aſperum; armaque in aqua geſtari non poſſent, quod cæteroqui flumen eos abriperet; ac ſi quis in capite geſtare vellet, nudos incedere adverſus ſagittas & tela reliqua oporteret; retrocesserunt, atque ibi propter amnem caſtra metati ſunt.

6. In monte autem, in quo nocte ſuperiore ipſi fuerant, videbant multos Carduchos collectos, eoſque armatos. Itaque tum Græci admodum exanimati erant, quum & in amne trajiciendo difficultatem cernerent, & cernerent eos, qui trajectum impedituri eſſent, & Carduchos denique cernerent, qui trajicientibus à tergo moleſti futuri eſſent. Quamobrem hunc diem ac noctem in tanta rerum difficultate exigunt.

 7. In-

ζ'. Ξενοφῶν δὲ ὄναρ εἶδεν· ἔδοξεν ἐν πέδαις δεδέσθαι, αὗται δὲ αὐτῷ αὐτόματοι περιῤῥαγῆναι, ὥστε λυθῆναι, καὶ διαβαίνειν ὁπόσον ἐβούλετο. ἐπεὶ δὲ ὄρθρος ἦν, ἔρχεται πρὸς τὸν Χειρίσοφον, καὶ λέγει, ὅτι ἐλπίδας ἔχει καλῶς ἔσεσθαι· καὶ διηγεῖται αὐτῷ τὸ ὄναρ. ὁ δὲ ἥδετό τε, καὶ ὡς τάχιστα, ἕως ὑπέφαινεν, ἐθύοντο πάντες παρόντες οἱ στρατηγοί· καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ ἦν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου. καὶ ἀπιόντες ἀπὸ τῶν ἱερῶν οἱ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ παρήγγελλον τῇ στρατιᾷ ἀριστοποιεῖσθαι.

ή'. Ἀριστῶντι δὲ τῷ Ξενοφῶντι προσέτρεχον δύο νεανίσκω. ᾔδεσαν γὰρ πάντες, ὅτι ἐξείη αὐτῷ καὶ ἀριστῶντι καὶ δειπνοῦντι προσελθεῖν, καὶ εἰ καθεύδοι, ἐπεγείραντα εἰπεῖν, εἴ τις ἔχοι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ τότε ἔλεγον, ὅτι τυγχάνοιεν φρύγανα συλλέγοντες ὡς ἐπὶ πῦρ, κἄπειτα κατίδοιεν ἐν τῷ πέραν ἐν ταῖς πέτραις καθηκούσαις ἐπ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν

7. Interea Xenophon per ſomnium ſibi compedibus conſtrictus eſſe viſus eſt, quæ ſua ſponte deinde rumperentur. Itaque ſolutus deinde fuiſſe, ac pro lubitu per omnia evaſiſſe. Quare diluculo ad Cheriſophum venit, ac bona ſe cum ſpe eſſe dicit, bene rem habituram: ſimulque ſomnium commemorat. Delectatus eo Cheriſophus eſt, & mox dum necdum plane illuxiſſet, duces omnes rem ſacram faciunt. Ibi tum ſtatim ab initio perlitatum. Itaque diſcedunt à ſacrificiis duces & cohortium præfecti, militique denuntiant prandendum eſſe.

8. Eo tempore ad Xenophontem adhuc prandentem juvenes duo adcurrunt. Norant enim univerſi, licere militibus, ut ad ipſum accederent, ſive adeo pranderet, ſive cœnaret: atque etiam ſi dormiret, ut excitato dicerent, quidquid haberet aliquis, quod ſciri bellicæ rei cauſſa intereſſet. Itaque tunc illi quoque commemorabant, forte ſe, dum ad ignem ſarmenta colligerent, ultra flumen in ſaxis ad amnem ipſum pertinentibus

ταμὸν γέροντά τε, καὶ γυναῖκα, καὶ παιδίσκας, ὥσπερ μαρσίππους ἱματίων κατατιθεμένους ἐν πέτρᾳ ἀντρώδει.

θ'. Ἰδοῦσι δὲ σφίσι δόξαι, ἀσφαλὲς εἶναι διαβῆναι· οὐδὲ γὰρ τοῖς πολεμίοις ἱππεῦσι πρόσβατον εἶναι κατὰ τοῦτο. ἐκδυόντες δέ, ἔφασαν ἔχοντες τὰ ἐγχειρίδια γυμνὰ ὡς νευσούμενοι διαβαίνειν· πορευόμενοι δέ, πρόσθεν διαβῆναι πρὶν βρέξαι τὰ αἰδοῖα· καὶ διαβάντες, καὶ λαβόντες τὰ ἱμάτια, πάλιν ἥκειν.

ι'. Εὐθὺς οὖν ὁ Ξενοφῶν αὐτός τε ἔσπενδε, καὶ τοῖς νεανίσκοις ἐγχεῖν ἐκέλευσε, καὶ εὔχεσθαι τοῖς φήνασι Θεοῖς τά τε ὀνείρατα καὶ τὸν πόρον, καὶ τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ ἐπιτελέσαι. σπείσας δέ, εὐθὺς μὲν ἦγε τοὺς νεανίσκους παρὰ τὸν Χειρίσοφον, καὶ διηγοῦνται ταῦτα.

ια'. Ἀκούσας δὲ ὁ Χειρίσοφος, σπονδὰς ἐποίει. σπείσαντες δέ, τοῖς μὲν ἄλλοις παρήγγελλον συσκευάζεσθαι, αὐτοὶ δὲ συγκαλέσαντες τοὺς στρατηγούς, ἐβουλεύσαντο ὅπως ἂν κάλλιστα διαβαῖεν,

nentibus vidiſſe ſenem, & fœminam, & ancillas, quæ in ſpecu quoſdam quaſi veſtimentorum ſaccos deponerent.

9. Quamobrem viſum ipſis fuiſſe tuto tranſiri amnem poſſe: Nec enim fieri poſſe, ut hac parte hoſtium equeſtres copiæ accederent. Igitur ſe exutos cum pugionibus nudis, quaſi qui nataturi eſſent, trajicere cœpiſſe narrant. Quum autem pergerent, prius ſe tranſiiſſe, quam pudenda madefacerent. Hoc modo quum amnem tranſiiſſent, & veſtimenta illa accepiſſent, eodem vado reverſos.

10. Heic Xenophon ſtatim libationem inſtituit, & infundi adoleſcentibus hiſce jubet, atque etiam votum nuncupare, aliaque perſolvere Diis, qui tum ſomnia, tum vadum amnis commonſtraſſent. Libatione facta, ducit ad Cheriſophum adoleſcentes, eique rem narrant.

11. Ille cognitis omnibus, & ipſe libationes inſtituit: quibus abſolutis, denuntiant cæteris, ut vaſa colligerent: ipſi convocatis ducibus, quo pacto quam tutiſſime tranſirent,

διαβαῖεν, καὶ τοὺς τε πρόσθεν νικῷεν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄπισθεν μηδὲν κακὸν πάσχοιεν.

ιβ΄. Καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς, Χειρίσοφον μὲν ἡγεῖσθαι, καὶ διαβαίνειν, ἔχοντα τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ ὑπομένειν σὺν Ξενοφῶντι· τὰ δὲ ὑποζύγια, καὶ τὸν ὄχλον, ἐν μέσῳ τούτων διαβαίνειν. ἐπεὶ δὲ καλῶς ταῦτα εἶχεν, ἐπορεύοντο. ἡγοῦντο δὲ οἱ νεανίσκοι, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὸν ποταμόν. ὁδὸς δὲ ἦν ἐπὶ τὴν διάβασιν ὡς τέτταρα στάδια.

ιγ΄. Πορευομένων δ᾽ αὐτῶν ἀντιπαρήεσαν αἱ τάξεις τῶν ἱππέων. ἐπεὶ δ᾽ ἦσαν κατὰ τὴν διάβασιν καὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, ἔθεντο τὰ ὅπλα, καὶ αὐτὸς πρῶτος Χειρίσοφος ἐστεφανωμένος καὶ ἀποδὺς ἐλάμβανε τὰ ὅπλα, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλε· καὶ τοὺς λοχαγοὺς ἐκέλευεν ἄγειν τοὺς λόχους ὀρθίους, τοὺς μὲν ἐν ἀριστερᾷ, τοὺς δὲ ἐν δεξιᾷ ἑαυτοῦ.

ιδ΄. Καὶ οἱ μὲν μάντεις ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν·

tranſirent, & tum adverſos hoſtes vincerent, tum à ſubſequentibus à tergo nihil detrimenti acciperent, deliberant.

12. Decretum eſt tandem, Cheriſophum debere prima in fronte eſſe, ac dimidia cum exercitus parte tranſire; reliquæ parti dimidiæ cum Xenophonte à tergo manendum eſſe. Jumenta, cum imbelli turba, debere medio inter hos loco tranſjicere. His ita recte conſtitutis, pergunt; adoleſcentibus illis præeuntibus, quum quidem amnis ad lævam ipſis eſſet. Via, quæ ducebat ad vadum, ſtadiorum fere quatuor erat.

13. Quum proficiſci cœpiſſent, pergunt adverſus eos equitum turmæ. Ad locum trajectus ubi perventum eſſet, ac fluminis ripas; arma ponunt, & primus Cheriſophus redimitus ſerto, ac veſte poſita, iterum arma capit, idemque cæteris omnibus faciundum imperat: præterea cohortium præfectis mandat, ut cohortes rectas utrinque tum ad dextram ſuam, tum ad lævam ducerent.

14. Ibi vates hoſtiis ad amnem cæſis

μόν· οἱ δὲ πολέμιοι ἐτόξευόν τε καὶ ἐσφενδόνων· ἀλλ' οὔπω ἐξικνοῦντο. ἐπεὶ δὲ καλὰ ἦν τὰ σφάγια, ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον, συνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. πολλαὶ γὰρ ἦσαν ἑταῖραι ἐν τῷ στρατεύματι.

ιε'. Καὶ Χειρίσοφος μὲν ἐνέβαινε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· ὁ δὲ Ξενοφῶν, λαβὼν τῶν ὀπισθοφυλάκων τοὺς εὐζωνοτάτους, ἔθει ἀνὰ κράτος πάλιν ἐπὶ τὸν πόρον τὸν κατὰ τὴν ἔκβασιν τὴν εἰς τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη, προσποιούμενος ταύτῃ διαβὰς ἀποκλείσειν τοὺς παρὰ τὸν ποταμὸν ἱππέας.

ιϛ'. Οἱ δὲ πολέμιοι, ὁρῶντες μὲν τοὺς ἀμφὶ Χειρίσοφον εὐπετῶς τὸ ὕδωρ διαπερῶντας, ὁρῶντες δὲ τοὺς ἀμφὶ Ξενοφῶντα θέοντας εἰς τοὔμπαλιν, δείσαντες μὴ ἀποκλεισθείησαν, φεύγουσιν ἀνὰ κράτος πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔκβασιν ἄνω. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐγένοντο, ἔτεινον ἄνω πρὸς τὸ ὄρος.

ιζ'. Λύκιος δὲ ὁ τὴν τάξιν ἔχων τῶν ἱππέων, καὶ Αἰσχίνης ὁ τὴν τάξιν ἔχων τῶν πελταστῶν τῶν ἀμφὶ Χειρί-

cæſis ſacrificabant. Hoſtes tametſi ſagittis & fundis uterentur, nec dum tamen ad nos pertingere poterant. Poſteaquam perlitatum fuiſſet, milites univerſi pæane inchoato jubilabant, clamitantibus una mulierculis omnibus. Erant enim permulta in exercitu ſcorta.

15. Heic quum Cheriſophus cum ſuis amnem ingrederetur, Xenophon cum expeditiſſimis in extremo agmine, velociſſimo curſu ad vadum contendit, quod erat propter aditum, ducentem Armeniorum in montes. Simulare nimirum volebat, hac ſe tranſiturum, & intercluſurum equites, qui ſecundum flumen erant.

16. Hoſtes ubi Cheriſophi copias amnem videbant nullo negotio trajicere, Xenophontis autem milites retro currere: metu perculſi, ne intercluderentur, totis viribus ad eum tramitem fugiunt, qui à fluvio ſurſum tendebat. Eam in viam quum perveniſſent, ſurſum in montem pergebant.

17. Hos quum Lycius, equeſtris agminis præfectus, & Æſchines præfectus cetratorum, qui cum Cheri-

Χειρίσοφον, ἐπεὶ ἑώρων ἀνὰ κράτος φεύγοντας, εἵποντο. οἱ δὲ στρατιῶται ἐβόων μὴ ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ συνεκβαίνειν ἐπὶ τὸ ὄρος. Χειρίσοφος δὲ αὖ ἐπεὶ διέβη, τοὺς μὲν ἱππέας οὐκ ἐδίωκεν, εὐθὺς δὲ κατὰ τὰς προσηκούσας ὄχθας ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐξέβαινεν ἐπὶ τοὺς ἄνω πολεμίους. οἱ δὲ ἄνω, ὁρῶντες μὲν τοὺς ἑαυτῶν ἱππέας φεύγοντας, ὁρῶντες δὲ ὁπλίτας ἐπιόντας σφίσιν, ἐκλείπουσι τὰ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ ἄκρα.

ιη'. Ξενοφῶν δὲ, ἐπεὶ τὰ πέραν ἑώρα καλῶς γιγνόμενα, ἀπεχώρει τὴν ταχίστην πρὸς τὸ διαβαῖνον στράτευμα. καὶ γὰρ οἱ Καρδοῦχοι φανεροὶ ἤδη ἦσαν εἰς τὸ πεδίον καταβαίνοντες, ὡς ἐπιθησόμενοι τοῖς τελευταίοις. καὶ Χειρίσοφος μὲν τὰ ἄνω κατεῖχε, Λύκιος δὲ σὺν ὀλίγοις ἐπιχειρήσας ἐπιδιῶξαι, ἔλαβε τῶν σκευοφόρων τὰ ὑπολειπόμενα, καὶ μετὰ τούτων ἐσθῆτά τε καλὴν, καὶ ἐκπώματα.

ιθ'. Καὶ τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν Ἑλλήνων καὶ ὁ ὄχλος ἀκμὴν διέβαινε. Ξενοφῶν δὲ στρέψας καὶ τοὺς Καρ-

Cheriſopho erant, fugere viderent, ſequebantur. Milites cæteri clamabant, ſe illos haud deſerturos, ſed una cum eis in montem evaſuros. Cheriſophus ubi tranſiiſſet, non ille quidem equites inſequebatur; ſed ſtatim per altiores ad amnem ſe porrigentes ripas adverſus hoſtiles copias, ſuperioribus in locis ſubſiſtentes, evadit. Illi quum equites ſuos fugere cernerent, & gravis armaturæ milites adverſus ſe pergere; juga fluvio imminentia deſerunt.

18. Interim Xenophon, qui videret in adverſa ripa rem bene ſucceſſiſſe, quam celerrime ad copias amnem tranſeuntes revertitur. Nam Carduchi palam in planitiem deſcendebant, quaſi qui extremum agmen invaſuri eſſent. Tenebat jam ſuperiora loca Cheriſophus, & Lycius cum paucis perſequi hoſtes aggreſſus, impedimenta tardius vecta ceperat, & in his veſtes perpulchras cum poculis.

19. Tranſibant adhuc Græcorum impedimenta & turba, quum Xenophon acie converſa in adverſos

* Καρδούχους, ἀντία τὰ ὅπλα ἔθετο, καὶ παρήγγειλε τοῖς λοχαγοῖς κατ' ἐνωμοτίας ποιήσασθαι ἕκαστον τὸν ἑαυτοῦ λόχον, [k] παρ' ἀσπίδας παραγαγόντας τὴν ἐνωμοτίαν ἐπὶ φάλαγγος. καὶ τοὺς μὲν λοχαγοὺς καὶ τοὺς ἐνωμοτάρχας πρὸς τῶν Καρδούχων ἰέναι, οὐραγοὺς δὲ καταστήσασθαι πρὸς τοῦ ποταμοῦ.

κ'. Οἱ δὲ Καρδοῦχοι, ὡς ἑώρων τοὺς ὀπισθοφύλακας τοῦ ὄχλου ψιλουμένους, καὶ ὀλίγους ἤδη φαινομένους, θᾶττον δὴ ἐπῄεσαν, ᾠδάς τινας ᾄδοντες. ὁ δὲ Χειρίσοφος, ἐπεὶ τὰ παρ' αὐτῷ ἀσφαλῶς εἶχε, πέμπει παρὰ Ξενοφῶντα τοὺς πελταστὰς καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, καὶ κελεύει ποιεῖν ὅ,τι ἂν παραγγέλλῃ.

κα'. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς διαβαίνοντας ὁ Ξενοφῶν, πέμψας ἄγγελον κελεύει αὐτοῦ μεῖναι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ * διαβάντας· ὅταν δ' ἄρξονται αὐτοὶ διαβαίνειν, ἐναντίους ἔνθεν καὶ ἔνθεν σφῶν ἐκβαίνειν ὡς διαβησομένους, διηγκυλισμένους τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ ἐπιβεβλημένους τοὺς τοξότας· μὴ πρόσω δὲ τοῦ ποταμοῦ προδιαβαίνειν.

κβ'. Τοῖς

verſos Carduchos pergit, ác præfectis cohortium imperat, ut quiſque cohortem ſuam per manipulos inſtrueret, ac verſus clupeos manipulum in phalangem ducerent: Deinde cohortium præfecti & manipularii duces in Carduchos pergerent, à tergo curantibus juxta flumen conſtitutis.

20. Carduchi poſteaquam cernerent agmen extremum à multitudine nudari, jamque paucos adeo videri: celerrime hos invadunt, ſimulque neſcio quid canebant. Heic Cheriſophus conſtitutis in tuto ſuis, cetratos & funditores & ſagittarios ad Xenophontem mittit; utque facerent, quidquid ille juberet, imperat.

21. Eos Xenophon jam tranſire quum videret, miſſo nuntio mandat, ut iſtic ad amnem ſubſiſterent; ac ubi ſe cum ſuis tranſire viderent, tunc etiam ipſi ex adverſo parte utraque pergerent, tanquam tranſituri; jaculatores amentis haſtarum prehenſis, ſagittarii cum ſagittis in nervos impoſitis: procul tamen in fluminis tranſitu non progrederentur.

κβ'. Τοῖς δὲ παρ' ἑαυτῷ παρήγγειλεν, ἐπειδὴ σφενδόνη ἐξικνῆται, καὶ ἀσπὶς ψοφῇ, παιανίσαντας θεῖν ἀεὶ ἐς τοὺς πολεμίους· ἐπειδὰν δὲ ἀναστρέψωσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὁ σαλπιστὴς σημήνῃ τὸ πολεμικὸν, ἀναστρέψαντας [1] ἐπὶ δόρυ ἡγεῖσθαι μὲν τοὺς οὐραγοὺς, θεῖν δὲ πάντας ὅτι τάχιστα, καὶ διαβαίνειν ᾗ ἕκαστος τὴν τάξιν εἶχεν, ὡς μὴ ἐμποδίζειν ἀλλήλους· ὅτι οὗτος ἄριστος ἔσοιτο, ὃς ἂν πρῶτος ἐν τῷ πέραν γένηται.

κγ'. Οἱ δὲ Καρδοῦχοι, ὁρῶντες ὀλίγους ἤδη τοὺς λοιποὺς, (πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν μένειν τεταγμένων ᾤχοντο ἐπιμελησόμενοι οἱ μὲν ὑποζυγίων, οἱ δὲ σκευοφόρων, οἱ δὲ ἑταίρων) ἐνταῦθα δὴ ἐπέκειντο θρασέως, καὶ ἤρξαντο σφενδονᾶν καὶ τοξεύειν. οἱ δὲ Ἕλληνες παιανίσαντες ὥρμησαν δρόμῳ ἐπ' αὐτούς· οἱ δ' οὐκ ἐδέξαντο. καὶ γὰρ ἦσαν ὡπλισμένοι, ὡς μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἱκανῶς πρὸς τὸ ἐπιδραμεῖν καὶ φεύγειν, πρὸς δὲ τὸ εἰς χεῖρας δέχεσθαι οὐχ ἱκανῶς.

κδ'. Εν

22. Eis vero, quos ſecum habebat, mandabat; uti quam primum fundæ pertingerent, & clupei comploſi creparent, pæanem exorſi curſu ſemper in hoſtes ferrentur: Illis ſe avertentibus, ac tubicine claſſicum à fluvio canente, tunc & ipſis verſus haſtam converſis, à tergo curantes præirent, & concitatiſſimo curſu omnes procederent, ac ſuo quiſque loco tranſiret, ne ſibi mutuo impedimento eſſent. Nimirum qui primus in adverſam ripam evaderet, eum ſe pro maxime ſtrenuo habiturum.

23. Carduchi quum paucos eſſe reliquos viderent, quandoquidem multi etiam illorum, qui fuerant juſſi manere, curaturi partim jumenta, partim impedimenta, partim res alias, diſcedebant; audacter in eos irruunt, fundiſq; ac ſagittis incipiunt uti. Verum Græci pæanem exorſi, pleno curſu eos adoriuntur; quos illi nequaquam ſuſtinebant, quod ratione montium ſatis ad incurſiones & fugam armati eſſent: ſed ad ſuſtinendos hoſtes, qui manum conſererent, nequaquam ſatis muniti.

24. At-

κδ'. Ἐν τούτῳ σημαίνει ὁ σαλπικτής, καὶ οἱ μὲν πολέμιοι ἔφευγον πολὺ ἔτι θᾶττον· οἱ δ' Ἕλληνες τὰ ἐναντία στρέψαντες, ἔφευγον διὰ τοῦ ποταμοῦ ὅτι τάχιστα. τῶν δὲ πολεμίων οἱ μέν τινες αἰσθανόμενοι, πάλιν ἔδραμον ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τοξεύοντες ὀλίγους ἐτρωσαν· οἱ δὲ πολλοὶ καὶ πέραν ὄντων τῶν Ἑλλήνων ἔτι φανεροὶ ἦσαν φεύγοντες. οἱ δὲ ὑπαντήσαντες, ἀνδριζόμενοι, καὶ προσωτέρω τοῦ καιροῦ προϊόντες, ὕστερον τῶν μετὰ Ξενοφῶντος διέβησαν πάλιν· καὶ ἐτρώθησαν τινὲς καὶ τούτων.

ΚΕΦ. δ'.

ΕΠεὶ δὲ διέβησαν ἀμφὶ μέσον ἡμέρας, συνταξάμενοι ἐπορεύθησαν διὰ τῆς Ἀρμενίας πεδίον ἅπαν, καὶ λείους γηλόφους, οὐ μεῖον ἢ πέντε παρασάγγας. οὐ γὰρ ἦσαν ἐγγὺς τοῦ ποταμοῦ κῶ-

μαι,

24. Atque heic tubicine claſſicum canente, multo etiam celerius hoſtes fugam arripiunt; & Græci diverſam in partem abeuntes, quam citiſſime per amnem aufugiunt. Re tamen à nonnullis ex hoſtibus animadverſa, rurſus ab eis ad fluvium concurſus factus eſt, ſagittiſque nonnulli noſtrorum vulnerati. Major quidem pars etiam tunc, quum Græci in adverſam ripam evaſiſſent, adhuc fugere cernebatur. Qui autem è noſtris hoſti obviam tendebant, quum ſumtis animis ulterius quam commodum eſſet, progrederentur; aliquanto poſt illos, qui cum Xenophonte trajecerant, & ipſi tranſierunt. Eorum item aliqui vulnerati ſunt.

CAP. IV.

QUum autem univerſi jam tranſiiſſent ſub ipſam meridiem, diſpoſitis ordinibus per Armeniam via prorſus campeſtri, perque colles leniter ſurgentes iter faciunt, non minus quinque paraſangis. Nec enim propius flumen ulli

μὴ, διὰ τοὺς πολέμους τοὺς πρὸς Καρδούχους. εἰς δὲ ἣν ἀφίκοντο κώμην, μεγάλη τε ἦν, καὶ βασίλειόν τε εἶχε τῷ σατράπῃ, καὶ ἐπὶ ταῖς πλείσταις οἰκίαις τύρσεις ἐπῆσαν. ἐπιτήδεια δ' ἦν δαψιλῆ.

β'. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, μέχρις ὑπερῆλθον τὰς πηγὰς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ. ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Τηλεβόαν ποταμόν. οὗτος δ' ἦν καλὸς μὲν, μέγας δ' οὔ. κῶμαι δὲ πολλαὶ περὶ τὸν ποταμὸν ἦσαν. ὁ δὲ τόπος οὗτος Ἀρμενία ἐκαλεῖτο ἡ πρὸς ἑσπέραν.

γ'. Ὕπαρχος δ' αὐτῆς ἦν Τηρίβαζος, ὁ καὶ βασιλεῖ φίλος γενόμενος· καὶ ὁπότε παρείη, οὐδεὶς ἄλλος βασιλέα ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνέβαλλεν. οὗτος προσήλασεν ἱππέας ἔχων, καὶ προπέμψας ἑρμηνέα, εἶπεν ὅτι βούλοιτο διαλεχθῆναι τοῖς ἄρχουσι. τοῖς δὲ στρατηγοῖς ἔδοξεν ἀκοῦσαι· καὶ προσελθόντες εἰς ἐπήκοον, ἠρώτων τί θέλοι. ὁ δὲ ἔλεγεν ὅτι σπεί-

σασθαι

ulli erant vici, propter ea, quæ cum Carduchis gerebantur, bella. Vicus autem, ad quem venere, magnus erat, & regiam continebat in uſum ſatrapæ. Domus pleræque turres habebant. Commeatus larga erat copia.

2. Inde caſtris alteris paraſangas decem conficiunt, donec Tigris fluvii fontes trajeciſſent: Inde caſtris tertiis, paraſangas quindecim progreſſi, ad Teleboam fluvium, pulchrum quidem illum, ſed non magnum, perveniunt. Multi circum amnem vici. Locus hic appellabatur Armenia verſus occidentem.

3. Præerat ei cum poteſtate Teribazus, amicus regis. Quoties is regi aderat, nemo præter ipſum, regem in equum tollebat. Atque hic cum equeſtribus copiis adequitabat, præmiſſoque interprete, velle ſe cum ducibus colloqui ſignificabat. Illis audiendum eſſe hominem videbatur, quumque ad locum acceſſiſſent, e quo audiri, quidquid diceretur, poſſet: quid vellet, interrogabant. Reſpondet, hac ſe conditione cupi-

dum

σασθαι βούλοιτο ἐφ' ᾧ μήτ' αὐτὸς τοὺς Ἕλληνας ἀδικεῖν, μήτ' ἐκείνους καίειν τὰς οἰκίας, λαμβάνειν τε τὰ ἐπιτήδεια ὅσων δέοιντο. ἔδοξε ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἐσπείσαντο ἐπὶ τούτοις.

δ'. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς διὰ τοῦ πεδίου, παρασάγγας πεντεκαίδεκα· καὶ Τηρίβαζος παρηκολούθει, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἀπέχων ὡς δέκα σταδίους. καὶ ἀφίκοντο εἰς βασίλεια καὶ κώμας πέριξ πολλάς, πολλῶν τῶν ἐπιτηδείων μεστάς.

ε'. Στρατοπεδευομένων δὲ αὐτῶν γίγνεται τῆς νυκτὸς χιὼν πολλή· καὶ ἕωθεν ἔδοξε διασκηνῆσαι τὰς τάξεις καὶ τοὺς στρατηγοὺς κατὰ τὰς κώμας. οὐ γὰρ ἑώρων πολέμιον οὐδένα, καὶ ἀσφαλὲς ἐδόκει εἶναι, διὰ τὸ πλῆθος τῆς χιόνος. ἐνταῦθα εἶχον πάντα τὰ ἐπιτήδεια, ὅσα ἐστὶν ἀγαθά, ἱερεῖα, σῖτον, οἴνους παλαιοὺς εὐώδεις, ἀσταφίδας, ὄσπρεια παντοδαπά.

ϛ'. Τῶν δὲ ἀποσκεδαννυμένων τινὲς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἔλεγον,

dum eſſe ineundi cum ipſis fœderis, ut nec ipſe Græcos læderet, nec Græci domos exurerent: ſaltem commeatum, quantum ejus indigerent, caperent. Comprobata ſunt hæc à ducibus, & iis conditionibus fœdus initum.

4. Inde caſtris tertiis paraſangarum quindecim iter per planitiem conficiunt, ſubſequente ſuis cum copiis Teribazo, fere decem ſtadiorum ex intervallo. Atque heic ad regiam perveniunt, circum quam permulti vici erant, magno rerum omnium commeatu referti.

5. Quum autem in caſtris degerent, magna nivis copia in eos decidit. Quare primo mane viſum eſt, militum cohortes ac duces hinc inde per vicos diſtribuendos eſſe. Nec enim hoſtem ullum cernebant, & quia magna nivis eſſet copia, tutum facto videbatur. Erant etiam heic univerſæ res uſibus ipſorum neceſſariæ, victimæ, frumentum, vina vetera, eaque fragrantia, uvæ paſſæ, omnis generis legumina.

6. Quum autem nonnulli à caſtris longius palarentur, exercitum

ἔλεγον, ὅτι κατίδοιεν στράτευμα, καὶ νύκτωρ πολλὰ πυρὰ φαίνοιτο. ἐδόκει δὴ τοῖς στρατηγοῖς οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι διασκηνοῦν, ἀλλὰ συναγαγεῖν τὸ στράτευμα. πάλιν ἐντεῦθεν συνῆλθον. καὶ γὰρ ἐδόκει διαιθριάζειν.

ζ'. Νυκτερευόντων δ' αὐτῶν ἐνταῦθα, ἐπιπίπτει χιὼν ἄπλετος, ὥστε ἀπέκρυψε καὶ τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατακειμένους. καὶ τὰ ὑποζύγια συνεπέδησεν ἡ χιών, καὶ πολὺς ὄκνος ἦν ἀνίστασθαι. κατακειμένων δὲ ἐλεεινὸν ἦν χιὼν ἐπιπεπτωκυῖα ὅτῳ μὴ παραῤῥυείη.

η'. Ἐπεὶ δὲ Ξενοφῶν ἐτόλμησε γυμνὸς ἀναστὰς σχίζειν ξύλα, τάχα ἀναστάς τις καὶ ἄλλος ἐκείνου ἀφελόμενος ἔσχιζε. ἐκ δὲ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι ἀναστάντες πῦρ ἔκαιον καὶ ἐχρίοντο. πολὺ γὰρ ἐνταῦθα ηὕρισκε τὸ χρῖσμα, ᾧ ἐχρῶντο ἀντ' ἐλαίου, σύειον, καὶ σησάμινον, καὶ ἀμυγδάλινον, ἐκ τῶν πικρῶν, καὶ τερεβίνθινον. ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ μύρον εὑρίσκετο.

θ'. Μετὰ

citum ſe videre dicebant, & noctu multos ignes lucere. Quare viſum eſt ducibus haudquaquam tutum eſſe, milites hinc inde divertere; ſed potius copias rurſus eſſe cogendas. Itaque rurſum conveniunt, quum quidem ſub dio commorandum eſſe cenſerent.

7. Verum ita pernoctantibus ipſis, tam copioſa nix in eos cecidit; ut ab ea tum arma, tum milites ipſi, qui humi jacebant, tegerentur. Etiam jumenta nix conſtrinxerat, ut diu, ſurgere nequirent. Miſerabile certe erat illos intueri, in quos jacentes delapſa nix non defluxerat.

8. Sed poſteaquam Xenophon ſurgens nudus, auſus eſt ligna findere; tum vero & alius quiſpiam ſurgens, à Xenophonte hunc ſibi laborem depopoſcit. Itaq; dein factum, ut & alii conſurgentes, igne accenſo, ſemet ungerent. Nam magnam heic unguenti copiam reperere, quo utebantur olei loco; ſcil. ſuilli, ſeſamini, amygdalini, de amaris amygdalis facti, terebinthini. De iiſdem rebus confectum etiam unguentum fragrans inveniebatur.

9. Se-

θ'. Μετὰ ταῦτα πάλιν ἔδοξε διασκηνητέον εἶναι κατὰ κώμας εἰς στέγας. ἔνθα δὴ οἱ στρατιῶται σὺν πολλῇ κραυγῇ καὶ ἡδονῇ ᾔεσαν ἐπὶ τὰς στέγας καὶ τὰ ἐπιτήδεια. ὅσοι δὲ, ὅτε τὸ πρότερον ἀπήεσαν, τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν, ὑπὸ τῆς αἰθρίας δίκην ἐδίδοσαν, κακῶς σκηνοῦντες.

ι'. Ἐντεῦθεν ἔπεμψαν τῆς νυκτὸς Δημοκράτην Τεμενίτην, ἄνδρας δόντες, ἐπὶ τὰ ὄρη, ἔνθα ἔφασαν οἱ ἀποσκεδαννύμενοι καθορᾶν τὰ πυρά. οὗτος γὰρ ἐδόκει καὶ πρότερον πολλὰ ἤδη ἀληθεῦσαι τοιαῦτα, τὰ ὄντα τε ὡς ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς οὐκ ὄντα. πορευθεὶς δὲ, τὰ μὲν πυρὰ οὐκ ἔφη ἰδεῖν, ἄνδρα δὲ συλλαβὼν ἧκεν ἄγων, ἔχοντα τόξον Περσικὸν, καὶ φαρέτραν, καὶ σάγαριν, οἵανπερ αἱ Ἀμαζόνες ἔχουσιν.

ια'. Ἐρωτώμενος δὲ τὸ, ποδαπὸς εἴη, Πέρσης μὲν ἔφη εἶναι, πορεύεσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ Τηριβάζου στρατεύματος, ὅπως ἐπιτήδεια λάβοι. οἱ δ᾽ ἠρώτων αὐτὸν, τὸ στράτευμα

ὁπόσον

9. Secundum hæc iterum ſub tectis per vicos hinc inde divertendum eſſe decreverunt. Quare milites magno cum clamore ac voluptate ad tecta & commeatum tendebant. Quotquot autem id temporis, quo prius è tectis migrarant, exuſſerant domos: hi pœnas illas dederunt, ut ſub dio miſere cubarent.

10. Inde noctu Democratem Temeniten, adjuncta ei militum manu, in montes eos mittunt in quibus hinc inde palati milites vidère ſe ignes dixerant. Nam is jam antea ſæpenumero in hujuſmodi rebus dixiſſe verum exiſtimabatur: itaque rem expoſuiſſe, uti vel erat, vel non erat. Hic quum eo profectus eſſet, ignes ſe vidiſſe negabat; hominem tamen captum ſecum afferebat, qui arcum habebat Perſicum, & pharetram, & ſecurim, quali utuntur Amazones.

11. Quum interrogaretur, cujas eſſet; Perſam ſe eſſe reſpondit, & è Teribazi caſtris profectum parandi commeatus cauſſa. Quærentibus iiſdem, quantæ Teribazi

eſſent

ὁπόσον τε εἴη, καὶ ἐπὶ τίνι συνειλεγμένοι. ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι Τηρίβαζος εἴη ἔχων τήν τε ἑαυτοῦ δύναμιν, καὶ μισθοφόρους Χάλυβας καὶ Ταόχους· παρεσκευάσθαι δὲ αὐτὸν ἔφη, ὡς ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους ἐν τοῖς στενοῖς, ᾗπερ μοναχῇ εἴη πορεία, ἐνταῦθα ἐπιθησόμενον τοῖς Ἕλλησιν.

ιβ'. Ἀκούσασι τοῖς στρατηγοῖς ταῦτα ἔδοξε τὸ στράτευμα συναγαγεῖν. καὶ εὐθὺς καταλιπόντες φύλακας, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοῖς μένουσι Σοφαίνετον Στυμφάλιον, ἐπορεύοντο ἔχοντες ἡγεμόνα τὸν ἁλόντα ἄνθρωπον. ἐπειδὴ δὲ ὑπερέβαλον τὰ ὄρη, οἱ πελτασταὶ προϊόντες, καὶ κατιδόντες τὸ στρατόπεδον, οὐκ ἔμειναν τοὺς ὁπλίτας, ἀλλ' ἀνακραγόντες ἔθεον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

ιγ'. Οἱ δὲ βάρβαροι ἀκούσαντες τὸν θόρυβον, οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἔφευγον. ὅμως δὲ ἀπέθανόν τινες τῶν βαρβάρων, καὶ ἵπποι ἥλωσαν ὡς εἴκοσι, καὶ ἡ σκηνὴ Τηριβάζου ἑάλω, καὶ ἐν αὐτῇ κλῖναι ἀργυρόποδες, καὶ ἐκπώματα, καὶ οἱ ἀρτοποιοὶ, καὶ οἱ οἰνοχόοι φάσκοντες εἶναι.

ιδ'. Ἐπεὶ

eſſent copiæ, quave de cauſſa collectæ: reſpondit, adeſſe ſuo cum exercitu Teribazum, militeſque ſtipendiarios Chalybes & Taochos conduxiſſe, ac paratum eſſe in montium anguſtiis, qua unicus tantum exitus pateret, Græcos adoriri.

12. Quæ quum duces audiiſſent, viſum eſt colligere copias: ac mox adeo relictis excubitoribus, & duce remanentibus iſtic dato Sophæneto Stymphalio, pergunt cum itineris duce, homine illo captivo. Poſteaquam montes ſuperaſſent, cetrati progreſſi aliquantulum, quum adſpicerent caſtra; gravis armaturæ militem nequaquam expectant, ſed ſublato clamore, caſtra curſu invadunt.

13. Eo tumultu barbari percepto non ſubſiſtunt, ſed in fugam ſe conjiciunt. Nonnulli ex eis interfecti, capti equi circiter viginti, una cum Teribazi tentorio, in quo lectuli erant innixi pedibus argenteis, & pocula, & nonnulli, qui ſe panum conficiundorum artifices, ac pincernas eſſe dicerent.

14. Quæ

ιδ'. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο πάντα οἱ τῶν ὁπλιτῶν στρατηγοὶ, δοκεῖ αὐτοῖς ἀπιέναι τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, μή τις ἐπίθεσις γένηται τοῖς καταλελειμμένοις. καὶ εὐθὺς ἀνακαλεσάμενοι τῇ σάλπιγγι ἀπῄεσαν, καὶ ἀφικνοῦνται αὐθημερὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

ΚΕΦ. ε'.

ΤΗ δ' ὑστεραίᾳ ἐδόκει πορευτέον εἶναι, ᾗ δύναιντο τάχιστα, πρὶν συλλεγῆναι τὸ στράτευμα πάλιν, καὶ καταλαβεῖν τὰ στενά. συσκευασάμενοι δ' εὐθὺς, ἐπορεύοντο διὰ χιόνος πολλῆς, ἡγεμόνας ἔχοντες πολλούς. καὶ αὐθημερὸν ὑπερβαλόντες τὸ ἄκρον, ἐφ' ᾧ ἔμελλεν ἐπιτίθεσθαι Τηείβαζος, κατεστρατοπεδεύσαντο.

β'. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς ἐρήμους * τρεῖς, παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμόν. καὶ διέβαινον αὐτὸν βρεχόμενοι πρὸς τὸν ὀμφαλόν. ἐλέγοντο δὲ αὐτοῦ αἱ πηγαὶ οὐ πρόσω εἶναι. ἐντεῦθεν ἐπορεύοντο διὰ χιόνος πολλῆς καὶ πεδίου σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα.

γ'. Ὁ

14. Quæ omnia quum gravis armaturæ militum duces percepiſſent, quamprimum ad caſtra pergendum ſtatuunt, ne quis relictas copias adoriretur. Itaque ſtatim tuba receptui canentes diſcedunt, eodemque die in caſtra revertuntur.

CAP. V.

POſtridie, quanta fieri celeritate poſſet, pergere viſum eſt prius, quam hoſtilis exercitus de integro cogeretur, anguſtaque loca illa occuparet. Itaque mox collectis vaſis per largam nivem proficiſcuntur, quum ab itinerum ducibus multis inſtructi eſſent; eodemque die jugo illo ſuperato, in quo Teribazus ipſos aggredi voluerat, caſtra metantur.

2. Inde habitis caſtris in ſolitudine tertiis, ad Euphratem perveniunt; eum ſaltem ad umbilicum uſq; ſe madefacientes tranſeunt. Ferebantur ab eo loco fontes ejus haud procul abeſſe. Inde per multas nives, & planitiem, caſtris ternis paraſangas xv progreſſi ſunt.

γʹ. Ὁ δὲ τρίτος ἐγένετο χαλεπὸς, καὶ ἄνεμος βορρᾶς ἐναντίος ἔπνει, παντάπασιν * ἀποκαίων καὶ πηγνὺς τοὺς ἀνθρώπους. ἔνθα δὴ τῶν μαντέων τις εἶπε σφαγιάσασθαι τῷ ἀνέμῳ· καὶ σφαγιάζεται· καὶ πᾶσι περιφανῶς ἔδοξε λῆξαι τὸ χαλεπὸν τοῦ πνεύματος.

δʹ. Ἦν δὲ τῆς χιόνος τὸ βάθος, ὀργυιά· ὥστε καὶ τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν ἀνδραπόδων πολλὰ ἀπώλετο, καὶ τῶν στρατιωτῶν ὡς τριάκοντα. διεγένοντο δὲ τὴν νύκτα πῦρ καίοντες. ξύλα δ' ἦν ἐν τῷ σταθμῷ πολλά. οἱ δὲ ὀψὲ προσιόντες, ξύλα οὐκ εἶχον.

εʹ. Οἱ οὖν πάλαι ἥκοντες, καὶ πῦρ καίοντες, οὐ προσίεσαν πρὸς τὸ πῦρ τοὺς ὀψίζοντας, εἰ μὴ μεταδιδοῖεν αὐτοῖς πυροὺς, ἢ ἄλλο τι ὧν ἔχοιεν βρωτῶν. ἔνθα δὴ μετεδίδοσαν ἀλλήλοις ὧν εἶχον ἕκαστοι. ἔνθα δὲ πῦρ ἐκαίετο, διατηκομένης τῆς χιόνος, βόθροι ἐγίγνοντο μεγάλοι ἔς τε ἐπὶ τὸ δάπεδον, οὗ δὴ παρῆν μετρεῖν τὸ βάθος τῆς χιόνος.

ϛʹ. Ει-

3. Ac tertii quidem diei perdifficile fuit iter, adverſo borea flante, ac omnino tum urente homines, tum congelante. Ibi tum quidam è vatibus rem ſacram vento faciendam eſſe præcipit. Quo facto, nemini non manifeſto viſum eſt, moleſtum illum & aſperum flatum deſinere.

4. Nix altitudinem habebat orgyæ: quo fiebat, ut & jumenta & mancipia multa interirent, atque etiam milites fere triginta. Noctem integram ignes accendebant, quod in caſtrorum loco, lignorum eſſet copia. Qui tamen ſerius proceſſerant, à lignis deſtituebantur.

5. Quamobrem illi, qui jamdudum huc venerant, & habebant accenſos ignes, ſerius venientes non admittebant; niſi ſi vel triticum, vel quid aliud eſculentæ rei cum eis communicaſſent. Atque heic mutuo ſibi, quidquid habebant ſinguli, impertiebantur. Quibus locis ignes accendebantur, nive liquata ſcrobes ingentes efficiebantur ad ſolum uſque, de quo nivis altitudinem metiri erat.

6. Inde

ϛʹ. Εντεῦθεν δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ὅλην ἐπορεύοντο διὰ χιόνος, καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐβουλιμίασαν. Ξενοφῶν δὲ ὀπισθοφυλακῶν, καὶ καταλαμβάνων τοὺς πίπτοντας τῶν ἀνθρώπων, ἠγνόει ὅ,τι τὸ πάθος εἴη.

ζʹ. Επειδὴ δὲ εἶπέ τις αὐτῷ τῶν ἐμπείρων, ὅτι σαφῶς βουλιμιῶσι, καὶ ἐάν τι φάγωσιν, ἀναστήσονται, περιιὼν ἐπὶ τὰ ὑποζύγια, εἴ πȣ ποτὸν ἢ βρωτὸν ὁρῴη, ἐδίδου, καὶ διέπεμπε διδόντας τοὺς δυναμένους περιτρέχειν τοῖς βουλιμιῶσιν. ἐπειδὴ δέ τι ἐμφάγοιεν, ἀνίσταντο καὶ ἐπορεύοντο.

ηʹ. Πορευομένων δὲ, Χειρίσοφος μὲν ἀμφὶ κνέφας πρὸς κώμην ἀφικνεῖται, καὶ ὑδροφορούσας ἐκ τῆς κώμης γυναῖκας καὶ κόρας πρὸς τῇ κρήνῃ καταλαμβάνει ἔμπροσθεν τοῦ ἐρύματος. αὗται ἠρώτων αὐτοὺς τίνες εἶεν. ὁ δὲ ἑρμηνεὺς εἶπε Περσιστὶ ὅτι παρὰ βασιλέως πορεύοιντο πρὸς τὸν σατράπην. αἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι

οὐκ

6. Inde toto ſubſequente die per nivem iter faciunt, multis hominibus præ ingenti fame deficientibus. Xenophon autem, qui extremo in agmine curabat, ubi homines offenderet, qui humi jacerent; primum, quid illud morbi eſſet, ignorabat.

7. Quum vero quidam uſu rerum valens dixiſſet, eos homines plane præ ingenti fame deficere, ac ſi quid ederent, ſurrecturos: ad jumenta pergens, ſi quid vel potus, vel cibi cerneret, id partim ex fame deficientibus ipſe dabat; partim, qui hinc inde diſcurrere poſſent, & iiſdem dare, mittebat. Quam primum quid illi ſibi guſtaſſent, ſurgebant, & in itinere pergebant.

8. Hoc modo quum proficiſcerentur, Chèriſophus ſub ipſum crepuſculum ad vicum quendam venit, ac mulieres & puellas aquam ferentes propter fontem ante munitionem ipſam offendit. Interrogant hæ, Quinam hominum eſſent: quibus interpres lingua Perſica reſpondit, à rege ſe ad ſatrapam venire. Subjiciunt illæ, non

οὐκ ἐνταῦθα εἴη, ἀλλ' ἀπέχει ὅσον παρασάγγην.

θ'. Οἱ δ' ἐπεὶ ὀψὲ ἦν, πρὸς τὸν κωμάρχην συνεισέρχονται εἰς τὸ ἔρυμα σὺν ταῖς ὑδροφόροις. Χειρίσοφος μὲν οὖν καὶ ὅσοι ἐδυνήθησαν τοῦ στρατεύματος, ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύσαντο· τῶν δ' ἄλλων στρατιωτῶν οἱ μὴ δυνάμενοι διατελέσαι * ἐν τῇ ὁδῷ, ἐνυκτέρευσαν ἄσιτοι καὶ ἄνευ πυρός· καὶ ἐνταῦθά τινες ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν.

ι'. Εφείποντο δὲ τῶν πολεμίων συνειλεγμένοι τινὲς, καὶ τὰ μὴ δυνάμενα τῶν ὑποζυγίων ἥρπαζον, καὶ ἀλλήλοις ἐμάχοντο περὶ αὐτῶν. ἐλείποντο δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν οἵ τε διεφθαρμένοι ὑπὸ τῆς χιόνος τοὺς ὀφθαλμοὺς, οἵ τε ὑπὸ τοῦ ψύχους τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν ἀποσεσηπότες.

ια'. Ἦν δὲ τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ἐπικούρημα τῆς χιόνος εἴ τις μέλαν τι ἔχων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν πορεύοιτο· τῶν δὲ ποδῶν, εἴ τις κινοῖτο, καὶ μηδέποτε ἡσυχίαν ἔχοι, καὶ εἰ τὴν νύκτα ὑπολύοιτο. ὅσοι δὲ ὑποδεδεμένοι ἐκοιμῶντο, εἰσεδύοντο εἰς τοὺς πόδας οἱ ἱμάντες, καὶ τὰ ὑποδήματα περιεπήγνυντο.

jam ipſum eſſe hoc loco, ſed abeſſe paraſangæ unius intervallo.

9. Quia vero ſerius veniebant, una cum mulierculis aquam geſtantibus in munitionem ad vici præfectum ingrediuntur. Heic ergo tum Cheriſophus, tum quotquot poterant, caſtra habuerunt: cæteri milites, qui tantum itineris conficere non poterant, abſque cibis & ignibus pernoctarunt; eoque factum eſt, ut nonnulli perirent.

10. Præterea quidam ex hoſtibus collecti ſequebantur, & jumenta imbecilla rapiebant, deque iis inter ſe dimicabant. Relinquebantur à tergo milites etiam quidam, quibus partim ex nive corrupti erant oculi, partim ex frigore pedum digiti putruerant.

11. Ferebat autem opem adverſus nivem, ſi quis ita pergeret, ut nigri aliquid ante oculos haberet: pedibus, ſi quis ſe commoveret, ac nunquam interquieſceret, noctuque calceamenta ſolveret. Quotquot autem calceati cubabant, iis lora in pedes imprimebantur, & calcei pedibus adhæreſcebant.

πήγνυντο. καὶ γὰρ ἦσαν, ἐπειδὴ ἀπέλιπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, καρβάτιναι πεποιημέναι ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν.

ιβʹ. Διὰ τὰς τοιαύτας οὖν ἀνάγκας ὑπελείποντό τινες τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἰδόντες μέλαν τι χωρίον, διὰ τὸ ἐκλελοιπέναι αὐτόθεν τὴν χιόνα, εἴκαζον τετηκέναι τὴν χιόνα. καὶ ἐτετήκει διὰ κρήνην τινὰ, ἣ πλησίον ἦν ἀτμίζουσα ἐν νάπῃ. ἐνταῦθα ἐκτραπόμενοι ἐκάθηντο, καὶ οὐκ ἔφασαν πορεύεσθαι.

ιγʹ. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἔχων ὀπισθοφύλακας, ὡς ᾔσθετο, ἐδεῖτο αὐτῶν πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ, μὴ ἀπολείπεσθαι· λέγων, ὅτι ἕπονται πολλοὶ πολέμιοι συνειλεγμένοι· καὶ τελευτῶν ἐχαλέπαινεν. οἱ δὲ σφάττειν ἐκέλευον· οὐδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι πορευθῆναι.

ιδʹ. Ενταῦθα ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοὺς ἑπομένους πολεμίους φοβῆσαι, εἴ τις δύναιτο, μὴ ἐπιπέσοιεν τοῖς κάμνουσι. καὶ ἦν μὲν σκότος, οἱ δὲ προσῄεσαν πολλῷ θορύβῳ,

reſcebant. Habebant enim, poſteaquam veteres calcei defeciſſent, carbatinas factas de corio recens bobus detracto.

12. Ob neceſſitates igitur hujuſmodi, milites quidam remanebant à tergo; quumque locum quendam nigrum conſpexiſſent, quod iſtic nives defeciſſent, liquatas eas exiſtimabant. Et erant ſane liquatæ propter fontem quendam, qui non procul inde exhalabat in valle quadam. Quare quum huc è via deflexiſſent, conſidebant, ac perrecturos ſe negabãt.

13. Id quum Xenophon agminis extremi ductor intellexiſſet, quovis artificio & molitione obſecrabat eos, ne à tergo manerent: addens, hoſtes collectos magno numero ſequi. Tandem etiam indignabundus objurgabat. Illi jugulare jubebant, quod fieri non poſſet, ut pergerent.

14. Viſum eſt igitur optimum facto, ut ſequentibus hoſtibus terror incuteretur, ſi quidem fieri poſſet, ne illi in defatigatos irruerent. Erant jam noctis tenebræ, & hoſtes magno cum tumultu accedebant,

ῥύβῳ, ἀμφὶ ἃ εἶχον διαφερόμενοι. ἔνθα δὴ οἱ μὲν ὀπισθοφύλακες ἐξαναστάντες, ἅτε ὑγιαίνοντες, ἔδραμον εἰς τοὺς πολεμίους· οἱ δὲ κάμνοντες, ἀνακραγόντες ὅσον ἐδύναντο μέγιστον, τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ δόρατα ἔκρουσαν. οἱ δὲ πολέμιοι δείσαντες, ἧκαν ἑαυτοὺς κατὰ τῆς χιόνος εἰς τὴν νάπην, καὶ οὐδεὶς ἔτι οὐδαμοῦ ἐφθέγξατο.

ιε'. Καὶ Ξενοφῶν μὲν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, εἰπόντες τοῖς ἀσθενοῦσιν ὅτι τῇ ὑστεραίᾳ ἥξουσί τινες ἐπ' αὐτοὺς πορευόμενοι, πρὶν τέτταρα στάδια διελθεῖν, ἐντυγχάνουσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἀναπαυομένοις ἐπὶ τῆς χιόνος τοῖς στρατιώταις ἐγκεκαλυμμένοις, καὶ οὐδὲ φυλακὴ οὐδεμία καθειστήκει. καὶ ἀνίστασαν αὐτούς. οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι οἱ ἔμπροσθεν οὐχ ὑποχωροῖεν.

ιϛ'. Ὁ δὲ παριὼν, καὶ παραπέμπων τῶν πελταστῶν τοὺς ἰσχυροτάτους, ἐκέλευε σκέψασθαι, τί εἴη τὸ κωλῦον. οἱ δὲ ἀπήγγελλον, ὅτι ὅλον οὕτως ἀναπαύοιτο τὸ στράτευμα. ἐνταῦθα καὶ οἱ περὶ Ξενοφῶντα

cedebant, qui de rebus, quas haberent, inter ſe diſſidebant. Ibi tum extremi agminis milites ſurgunt, qui valetudine adhuc erant integra, & curſu feruntur in hoſtes: & quotquot erant ex defatigatione debiles, ſublato clamore, quam poſſent maximo, clupeos ad haſtas pulſant. Hoſtes metu perciti, per nivem, in hanc ipſam convallem ſe dimittunt, nec ullius deinde uſquam vox audita eſt.

15. Xenophon, & qui aderant ei milites, ubi ſignificaſſent ægris illis, poſtridie venturos quoſdam ad ipſos: priuſquam ſtadia quatuor confeciſſent, in milites paſſim in via ſupra nives requieſcentes, eoſque tectos, incidunt, nullis excubiis conſtitutis. Hi excitati aiebant, eos qui præceſſiſſent, de via non cedere.

16. At Xenophon tum ipſe prætergreſſus, tum robuſtiſſimum quemque de cetratorum numero præmittens, conſiderare jubet, quid illud eſſet, à quo impedirentur. Renuntiant illi, copias univerſas hoc modo quieſcere. Quapropter & illi, qui circum Xenophontem

φῶντα ηὐλίσθησαν αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς καὶ ἄδειπνοι· φυλακὰς οἵας ἐδύναντο καταστησάμενοι. ἐπειδὴ δὲ πρὸς ἡμέραν ἦν, ὁ Ξενοφῶν πέμψας πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας τοὺς νεωτάτους, ἀναστήσοντας, ἐκέλευσεν ἀναγκάζειν προϊέναι.

ιζʹ. Εν δὲ τούτῳ Χειρίσοφος πέμπει τοὺς ἐκ τῆς κώμης, πευσομένους πῶς ἔχοιεν οἱ τελευταῖοι. οἱ δέ, ἄσμενοι ἰδόντες, τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας τούτοις παρέδοσαν κομίζειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, αὐτοὶ δὲ ἐπορεύοντο· καὶ πρὶν εἴκοσι στάδια διεληλυθέναι, ἦσαν ἐν τῇ κώμῃ, ᾗ Χειρίσοφος ηὐλίζετο.

ιηʹ. Επεὶ δὲ συνεγένοντο ἀλλήλοις, ἔδοξε κατὰ τὰς κώμας ἀσφαλὲς εἶναι τὰς τάξεις σκηνοῦν. καὶ Χειρίσοφος μὲν αὐτοῦ ὑπέμεινεν, οἱ δὲ ἄλλοι, διαλαχόντες ἃς ἑώρων κώμας, ἐπορεύοντο ἕκαστοι τὰς ἑαυτῶν ἔχοντες. ἔνθα δὴ * Πολυκράτης Αθηναῖος λοχαγὸς ἐκέλευσεν ἀφιέναι αὐτόν· καὶ λαβὼν αὐτὸς τοὺς εὐζώνους, θέων ἐπὶ τὴν κώμην, ἣν εἰλήχει Ξενοφῶν,

phontem erant, ibidem incœnati, abſque igne, conſtitutis, quales ſane poterant, excubiis, commorati ſunt. Quum prope dies adeſſet, mittit Xenophon ad ægrotantes, ætate quoſdam maxime vegetos, qui eos excitarēt; mandans etiam, ut ad pergendum cogerent.

17. Interea Cheriſophus quoſdam ex vico mittit, qui quo pacto extremi agminis milites ſe haberent, quærerent. Hos ultimi perlubenter viderunt, & iiſdem ægrotos tradiderunt ad caſtra perferendos. Ipſi deinde pergunt in itinere, ac prius quam ſtadia viginti confeciſſent, erant in vico, ad quem Cheriſophus diverterat.

18. Poſteaquam conveniſſent, viſum eſt ſat tutum fore, ſi cohortes per vicos locarent. Manebat eodem loco Cheriſophus, cæteri, de vicis, quos cernebant, quoſcunque ſorte cepiſſent, ad eos quiſque pergebat. Ibi tum Polycrates Athenienſis cohortis ductor, abeundi poteſtatem fieri ſibi poſtulat; itaque nonnullos expeditos homines ſecum ſumens, atque ad vicum currens, qui Xenophonti

φῶν, καταλαμβάνει πάντας ἔνδον τοὺς κωμήτας καὶ τὸν κωμάρχην, καὶ πώλους εἰς δασμὸν βασιλεῖ τρεφομένους ἑπτακαίδεκα, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ κωμάρχου, ἐνάτην ἡμέραν γεγαμημένην. ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς λαγὼς ᾤχετο θηράσων, καὶ οὐχ ἥλω ἐν ταῖς κώμαις.

ιθ'. Αἱ δ' οἰκίαι ἦσαν κατάγειοι, τὸ μὲν στόμα ὥσπερ φρέατος, κάτω δ' εὐρεῖαι· αἱ δ' εἴσοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταί, οἱ δὲ ἄνθρωποι κατὰ κλίμακας κατέβαινον. ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦσαν αἶγες, ὄϊες, βόες, ὄρνιθες, καὶ τὰ ἔκγονα τούτων· τὰ δὲ κτήνη πάντα χιλῷ ἔνδον ἐτρέφετο. ἦσαν δὲ καὶ πυροὶ, καὶ κριθαὶ, καὶ ὄσπρεια, καὶ οἶνος κρίθινος ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς, καὶ κάλαμοι ἐνέκειντο, οἱ μὲν, μείζους, οἱ δὲ, ἐλάττους, γόνατα οὐκ ἔχοντες. τούτους δ' ἔδει ὁπότε τις διψῴη, λαβόντα εἰς τὸ στόμα ἀμύζειν· καὶ πάνυ ἄκρατος ἦν, εἰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι. καὶ μάλα ἡδὺ πόμα συμμαθόντι ἦν.

κ'. Ὁ

phonti ſorte obtigerat, tum vicanos omnes in eo, tum ipſum vici præfectum offendit: Præterea pullos equinos ſeptemdecim, qui regi tributi nomine alebantur, & præfecti filiam, quæ ante diem nonum cum viro nupta fuerat. Aberat is in leporum venatione, nec in vicis uſquam captus fuit.

19. Domus heic erant ſubterraneæ, quarum oſtia puteorum oſtiis erant conſimilia, quum in imo latæ eſſent. Jumenta per aditus foſſos ingrediebantur, homines per ſcalas deſcendebant. Ipſis in ædibus & capræ, & oves erant, & boves, & gallinæ, cum ſuis quæque fœtibus. Jumenta pabulo nutriebantur. Nec triticum, aut hordeum, aut legumina deerant, nec vinum hordeaceum in crateribus. Hordeum ipſum vaſorum labra æquabat. Jacebant heic & calami partim majores, partim minores, enodes. Hos ſugere neceſſe erat in os ſumtos, ſi quis ſitiret: ac potus is admodum erat fortis, ſi non aquam aliquis affunderet, & plane ſuavis, ſi ei quis adſueviſſet.

20. Xeno-

κ'. Ὁ δὲ Ξενοφῶν τὸν μὲν ἄρχοντα τῆς κώμης ταύτης σύνδειπνον ἐποιήσατο, καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευεν αὐτὸν, λέγων ὅτι οὔτε τῶν τέκνων στερήσοιτο, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ ἀντεμπλήσαντες τῶν ἐπιτηδείων ἀπίασιν, ἢν ἀγαθόν τι τῷ στρατεύματι ἐξηγησάμενος φαίνηται, ἔστ' ἂν ἐν ἄλλῳ ἔθνει γένωνται. ὁ δὲ ταῦτα ὑπισχνεῖτο, καὶ φιλοφρονούμενος, οἶνον ἔφρασεν ἔνθα ἦν κατορωρυγμένος. ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα διασκηνήσαντες οὕτως ἐκοιμήθησαν ἐν πᾶσιν ἀφθόνοις ἀγαθοῖς οἱ στρατιῶται, ἐν φυλακῇ ἔχοντες τὸν κωμάρχην, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ὁμοῦ ἐν ὀφθαλμοῖς.

κα'. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Ξενοφῶν λαβὼν τὸν κωμάρχην, πρὸς τὸν Χειρίσοφον ἐπορεύετο. ὅπου δὲ παρίοι κώμην, ἐτρέπετο πρὸς τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, καὶ κατελάμβανε πανταχοῦ εὐωχουμένους καὶ εὐθυμουμένους, καὶ οὐδαμόθεν ἀφίεσαν, πρὶν παραθεῖεν αὐτῷ ἄριστον. οὐκ ἦν δ' ὅπου οὐ παρετίθεσαν ἐπὶ τὴν αὐτὴν τράπεζαν κρέα ἄρνεια, ἐρίφεια, χοίρεια, μόσχεια, ὀρνίθεια,

20. Xenophon vici præfectum menſæ ſuæ adhibitum, bono eſſe animo jubet: quippe nec liberos amiſſurum, & ſe domum ejus, quum abituri eſſent, viciſſim omni commeatu refarturos; ſi quidem exercitui Græco, donec is ad nationem aliam perveniſſet, boni alicujus auctor extitiſſe viſus eſſet. Pollicebatur hic operam ad ea ſuam: atq; ut benevolentiam ſuam declararet, quo loco vinum defoſſum eſſet, indicabat. Hac igitur nocte milites hinc inde diverterunt, eamque in rerum omnium copia exegerunt; quum interea tam vici præfectum in cuſtodia, quam liberos ejus in oculis & conſpectu haberent.

2. Deinceps quum conveniſſent, de itinere reliquo deliberabant. Et Antileon Thurius primus ſurgens, in hanc ſententiam loquutus eſt: Equidem, commilitones, jam defatigatus ſum colligendis vaſis, eundo, currendo, ferendis armis, ordinibus obſervandis, obeundis excubiis, pugnando. Itaque cupio laboribus his liberatus, quando ad mare pervenimus, deinceps navigare: & Ulyſſis exemplo porrectus, dormiendo in Græciam appellere.

3. Quæ quum milites audiiſſent, ſtrepitu excitato, recte hominem dicere ſignificabant. Præterea repetebat eadem alius, adeoque omnes qui aderant. Poſt hæc Cheriſophus ſurgens: Amicum, inquit, Anaxibium hoc tempore navarchum habeo, milites. Quamobrem ſi me ablegaveritis, arbitror me cum triremibus & navigiis, quæ vos vectura ſint, rediturum. Vos quia navigare decreviſtis, expectate, donec rediero: & redibo citiùs. His milites cum voluptate auditis, ut quam celerrime navigio diſcederet, decrevere.

4. Poſt

δ'. Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν ἀνέστη, καὶ ἔλεξεν ὧδε· Χειρίσοφος μὲν ἤδη ἐπὶ πλοῖα στέλλεται, ἡμεῖς δὲ ἀναμενοῦμεν. ὅσα οὖν μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι ποιεῖν ἐν τῇ μονῇ, ταῦτα ἐρῶ. πρῶτον μὲν τὰ ἐπιτήδεια δεῖ πορίζεσθαι ἐκ τῆς πολεμίας. οὔτε γὰρ ἀγορά ἐστιν ἱκανή, οὔτε ὅτου ὠνησόμεθα, πάρεστιν, εἰ μὴ ὀλίγοις, ἥτε χώρα πολεμία. κίνδυνος οὖν πολλοὺς ἀπόλλυσθαι, ἢν ἀμελῶς τε καὶ ἀφυλάκτως πορεύωνται ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. ἀλλά μοι δοκεῖ σὺν προνομαῖς λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. ἄλλως δὲ μὴ πλανᾶσθαι, ὡς σώζησθε, ἡμᾶς δὲ τούτων ἐπιμελεῖσθαι. ἔδοξε ταῦτα.

ε'. Ἔτι τοίνυν ἀκούσατε καὶ τάδε· ἐπὶ λείαν γὰρ ὑμῶν ἐκπορεύσονταί τινες. οἶμαι οὖν βέλτιον εἶναι ἡμῖν εἰπεῖν τὸν μέλλοντα ἐξιέναι, φράζειν δὲ καὶ ὅποι, ἵνα καὶ τὸ πλῆθος ἰδῶμεν τῶν ἐξιόντων καὶ τῶν μενόντων, καὶ συμπαρασκευάζωμεν ἐάν τι δέῃ· καὶ βοη-

θῆσαί

4. Poſt hunc ſurgens Xenophon: Mittitur, inquit, ad navigia Cheriſophus, & nos eum heic opperiemur. Quamobrem quidquid fieri res noſtræ poſtulant, dum heic commoramur; vobis exponam. Primum copia commeatus ex hoſtico paranda. Quippe nec forum hoc nobis ſufficit, nec eſt quo emamus aliquid, extraquam paucis: & regio infeſta. Quare periculum erit, ne multi pereant, ſi vel negligenter, vel non ſatis caute ad parandum commeatum perrexerint. Mea quidem ſententia eſt, per excurſiones commeatum parandum eſſe: cæteroqui minime obvagandum, ut ſaluti veſtræ conſulatur: adeoque curam commeatus noſtram eſſe debere. Hæc ita decreta ſunt.

5. Audite, inquit, etiam hæc. Prædatum nonnulli veſtrum exituri ſunt. Quapropter arbitror, optime nos facturos; ſi is, qui exiturus eſt, hoc ipſum indicet: etiam quo pergat, ſignificet: ut & exeuntium & manentium numerum videamus, & una noſmet paremus ſi ita res poſcat. Et ſiquando fuerit

θῶσαί τισιν ἂν χρεὼς ᾖ, ἴδωμεν ὅποι δεήσῃ βοηθεῖν. καὶ ἄν τις τῶν ἀπειροτέρων ἐγχειρῇ τι ποιεῖν, συμβουλεύωμεν, πειρώμενοι εἰδέναι τὴν δύναμιν, ἐφ' οὓς ἂν ἴωσιν. ἔδοξε καὶ ταῦτα.

ς'. Ἐννοεῖτε δὴ καὶ τόδ', ἔφη. σχολὴ τοῖς πολεμίοις λῄζεσθαι, καὶ δικαίως ἡμῖν ἐπιβουλεύουσιν. ἔχομεν γὰρ τὰ ἐκείνων, ὑπερκάθηνται δ' ἡμῶν. φύλακας δή μοι δοκεῖ δεῖν περὶ τὸ στρατόπεδον εἶναι. ἐὰν οὖν κατὰ μέρος μερισθέντες φυλάττωμεν καὶ σκοπῶμεν, ἧττον δύναιντ' ἂν ἡμᾶς θηρᾶν οἱ πολέμιοι. ἔτι τοίνυν τάδε ὁρᾶτε· εἰ μὲν ἠπιστάμεθα σαφῶς, ὅτι ἥξει πλοῖα Χειρίσοφος ἄγων ἱκανά, οὐδὲν ἂν ἔδει, ὧν μέλλω λέγειν· νῦν δ', ἐπεὶ τοῦτ' ἄδηλον, δοκεῖ μοι πειρᾶσθαι πλοῖα συμπαρασκευάζειν καὶ αὐτόθεν. ἢν μὲν γὰρ ἔλθῃ ὑπαρχόντων ἐνθάδε, ἐν ἀφθονωτέροις πλευσούμεθα· ἐὰν δὲ μὴ ἄγῃ, τοῖς ἐνθάδε χρησόμεθα. ἐγὼ δὲ ὁρῶ πλοῖα πολλάκις παραπλέοντα.

εἰ

rit opportunum aliquibus opem ferri, ut ſciamus, quo ferri expediat. Præterea ſi quis minus experientium aliquod aggredi facinus velit, ut conſilio eos adjuvemus, data opera, ut eorum vires quos adoriuntur exploratas habeamus. Placent & iſta.

6. Hoc etiam velim conſideretis, inquit, daturos operam hoſtes, ut prædas à nobis agant: & quidem jure nobis inſidiantur. Quippe nos ipſorum res habemus. Imminent vero nobis. Quare neceſſe videtur circa caſtra excubitores eſſe. Si ergo diviſi in præſidiis & ſpeculis viciſſim erimus, minus nos venari hoſtes poterunt. Præterea videndum vobis hoc quoque: Si certo conſtat, Cheriſophum cum ea navium copia, quæ nobis ſufficiet, rediturum: nihil iis verbis opus fore, quæ ſum prolaturus. Nunc quum illud incertum ſit, danda eſt opera, ut ex hac ipſa regione naves comparemus. Nam ſi redeunte illo inſtructi à navigiis erimus, pluribus utamur; ſin ipſe nulla adduxerit, his utamur. Video autem multa navigia prætervehi.

Quam-

εἰ οὖν αἰτησάμενοι παρὰ Τραπεζουντίων μακρὰ πλοῖα, κατάγοιμεν καὶ φυλάττοιμεν αὐτὰ, τὰ πηδάλια παραλυόμενοι, ἕως ἂν ἱκανὰ τὰ ἄξοντα γένηται, ἴσως ἂν οὐκ ἀπορήσαιμεν κομιδῆς, οἵας δεόμεθα. ἔδοξε καὶ ταῦτα.

ζ΄. Εννοήσατε δ᾽, ἔφη, εἰ εἰκὸς καὶ τρέφειν ἀπὸ κοινοῦ οὓς ἂν καταγάγωμεν, ὅσον ἂν χρόνον ἡμῶν ἕνεκα μένωσι, καὶ ναῦλον συνθέσθαι ὅπως ὠφελοῦντες καὶ ὠφελῶνται. ἔδοξε καὶ ταῦτα. δοκεῖ τοίνυν μοι, ἔφη, ἢν ἄρα καὶ ταῦτα ἡμῖν μὴ ἐκπεραίνηται, ὥστε ἀρκεῖν πλοῖα, τὰς ὁδοὺς ἃς δυσπόρους ἀκούομεν εἶναι, ταῖς παρὰ θάλατταν οἰκουμέναις πόλεσιν ἐντείλασθαι ὁδοποιεῖν. πείσονται γὰρ καὶ διὰ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ διὰ τὸ βούλεσθαι ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι.

η΄. Ενταῦθα δὴ ἀνέκραγον, ὡς οὐ δέοι ὁδοποιεῖν. ὁ δὲ ὡς ἔγνω τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, ἐπεψήφισε μὲν οὐδὲν,

Quamobrem ſi à Trapezuntiis naves longas poſtulabimus, & per has illa ſubducemus, ac detractis gubernaculis cuſtodiemus, donec tantum illorum numerum habeamus, ut eis vehi poſſimus: nimirum vectura nobis haud defutura eſt talis, qualem nos requirimus. Decreta ſunt & iſta.

7. Conſiderandum & hoc, inquit, an æquum ſit, eos, quos cum navigiis ſubducturi ſumus, impenſa communi à nobis ali, quam quidem diu noſtra cauſſa manſerint, atque num etiam merces vecturæ ſit eis danda, ut pro opera navata nobis utili, & ipſi commodum aliquod percipiant. His itidem comprobatis; Quod ſi, ait, perficere nequiverimus ut navigia tot habeamus, quot ſuffectura ſunt: mea ſententia civitatibus maritimis imperandum erit, ut itinera quæ eſſe audimus difficilia, nobis muniant. Quippe parebunt nobis tum metu noſtri, tum quod quamprimum nos diſcedere volent.

8. Heic milites exclamant, non eſſe cur viæ muniantur. Xenophon quum eorum dementiam agnoſceret,

οὐδὲν, τὰς δὲ πόλεις ἑκούσας ἔπεισε ποιεῖν τὰς ὁδοὺς, λέγων, ὅτι θᾶττον ἀπαλλάξονται, ἢν εὔποροι γίνωνται αἱ ὁδοί.

θ΄. Ἔλαβον δὲ καὶ πεντηκόντορον παρὰ Τραπεζουντίων, ᾗ ἐπέστησε Δέξιππον Λακωνικὸν περίοικον. οὗτος ἀμελήσας τοῦ συλλαβεῖν πλοῖα, ἀποδρὰς ᾤχετο ἔξω τοῦ Πόντου, ἔχων τὴν ναῦν. οὗτος μὲν οὖν δίκαια ἔπαθεν ὕστερον. ἐν Θρᾴκῃ γὰρ παρὰ Σεύθῃ πολυπραγμονῶν τι ἀπέθανεν ὑπὸ Νικάνδρου τοῦ Λακωνικοῦ.

ι΄. Ἔλαβον δὲ καὶ τριακόντορον, ᾗ ἐπεστάθη Πολυκράτης Ἀθηναῖος· ὃς ὁπόσα λαμβάνοι πλοῖα, κατῆγεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ τὰ μὲν ἀγώγιμα ἃ ἐπῆγον ἐξαιρούμενοι, φύλακας καθίστασαν, ὅπως σῶα εἴη· τοῖς δὲ πλοίοις ἐχρήσαντο εἰς παραγωγήν.

ια΄. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἦν, ἐπὶ λείαν ἐξῄεσαν οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ μὲν ἐνετύγχανον, οἱ δὲ καὶ οὔ. Κλεαίνετος δ' ἐξαγαγὼν καὶ τὸν ἑαυτοῦ, καὶ τὸν ἄλλον

ret, nihil ſanxit: ſed urbibus libenter aſſentientibus ut vias ſtruerent perſuaſit. Aiebat enim, milites ſuos citius diſceſſuros, ſi quidem itinera faciliora redderentur.

9. Acceperunt & quinquaginta remorum navem à Trapezuntiis, cui Dexippum Laconem è Spartæ vicinia præficiebant. Is neglecta capiendorum navigiorum cura, cum navi extra Pontum profugit. Verum deinceps juſto ſupplicio affectus fuit. Nam quum apud Seuthem in Thracia neſcio quid rerum novarum moliretur, à Nicandro Lacedæmonio eſt interfectus.

10. Acceperunt & aliam triginta remorum navem, cui Polycrates Athenienſis eſt præfectus. Is quotquot naves caperet, ad caſtra ſubducebat. Poſtea merces, quæ illis vehebantur, eximebant milites, & cuſtodes conſtituebant, ut ea ſalvæ dominis eſſent: navigiis ad vectionem utebantur.

11. Hoc ipſo tempore prædatum exeunt Græci, quorum alii præda potiebantur, alii non. Cleænetus vero, quum & cohortem ſuam,

ἄλλον λόχον πρὸς χωρίον χαλεπὸν, αὐτός τε ἀπέθανε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΚΕΦ. β'.

Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐπιτήδεια οὐκέτι ἦν λαμβάνειν, ὥστε ἀπαυθημερίζειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἐκ τούτου λαβὼν ὁ Ξενοφῶν ἡγεμόνας τῶν Τραπεζουντίων, ἐξάγει εἰς Δείλας τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ φυλάττειν κατέλιπε τὸ στρατόπεδον. οἱ γὰρ Κόλχοι, ἅτε ἐκπεπλωκότες ἐκ τῶν οἰκιῶν, πολλοὶ ἦσαν ἀθρόοι, καὶ ὑπερεκάθηντο ἐπὶ τῶν ἄκρων.

β'. Οἱ δὲ Τραπεζούντιοι, ὁπόθεν μὲν τὰ ἐπιτήδεια ῥᾳδίως ἦν λαβεῖν, οὐκ ἦγον. φίλοι γὰρ αὐτοῖς ἦσαν. εἰς τοὺς Δείλας δὲ προθύμως ἦγον, ὑφ' ὧν κακῶς ἔπασχον, εἰς χωρία τε ὀρεινὰ καὶ δύσβατα, καὶ ἀνθρώπους πολεμικωτάτους τῶν ἐν τῷ Πόντῳ.

γ'. Ἐπεὶ

ſuam,& quandam aliam ad locum difficilem adduxiſſet; non ipſe modo, ſed etiam pleraque militum pars periit.

CAP. II.

Poſteaquam commeatus haberi amplius ita non poterat, ut eodem die milites in caſtra reverterentur: Xenophon acceptis ducibus itinerum à Trapezuntiis, dimidiam copiarum partem in Drilas educit, reliquis caſtra cuſtodienda relinquit. Nam Colchi, quod ſedibus ſuis pulſi eſſent, conferti magno numero in verticibus montium conſidebant.

2. Et Trapezuntii non ducebant eos in agros, è quibus commeatum nullo negotio petere licuiſſet: quod illis hominibus amicitia conjuncti eſſent. Adverſus Drilas perlubenter itineris duces erant, quia læſi ab ipſis fuerant. Præterea loca hæc erant montuoſa, & acceſſu difficilia: & homines omnium, qui Pontum inhabitant, bellicoſiſſimi.

 3. Drilæ

γʹ. Ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ οἱ Ἕλληνες, ὁποῖα τῶν χωρίων τοῖς Δρίλαις ἁλώσιμα ἐδόκει εἶναι, ἐμπιπρέντες ἀπῄεσαν· οὐδὲν δὲ ἦν λαβεῖν εἰ μὴ ὗς ἢ βοῦς, ἢ ἄλλο τι κτῆνος τὸ πῦρ διαπεφευγός. ἓν δὲ ἦν χωρίον, ὃ Μητρόπολις αὐτῶν ἐκαλεῖτο· εἰς τοῦτο πάντες συνερρυήκεσαν. περὶ δὲ τοῦτο ἦν χαράδρα ἰσχυρῶς βαθεῖα, καὶ πρόσοδοι χαλεπαὶ πρὸς τὸ χωρίον.

δʹ. Οἱ δὲ πελτασταὶ προτρέχοντες στάδια πέντε ἢ ἓξ τῶν ὁπλιτῶν, διαβάντες τὴν χαράδραν, ὁρῶντες πρόβατα πολλὰ, καὶ ἄλλα χρήματα, προσέβαλλον πρὸς τὸ χωρίον. συνείποντο δὲ καὶ δορυφόροι πολλοὶ, οἱ ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξωρμημένοι. ὥστε ἐγένοντο οἱ διαβάντες πλείους, ἢ εἰς δισχιλίους ἀνθρώπους.

εʹ. Ἐπεὶ δὲ μαχόμενοι οὐκ ἐδύναντο λαβεῖν τὸ χωρίον, (καὶ γὰρ τάφρος ἦν περὶ αὐτὸ εὐρεῖα ἀναβεβλημένη, καὶ σκόλοπες ἐπὶ τῆς ἀναβολῆς, καὶ τύρσεις πολλαὶ ξύλιναι πεποιημέναι) ἀπιέναι ἤδη ἐπεχείρουν· οἱ δὲ ἐπέκειντο αὐτοῖς.

ϛʹ. Ὡς

3. Drilæ poſteaquam Græcos in finibus videre, quæcunque loca poſſe capi ab hoſte putabant, iis incenſis cedebant: neq; quidquam haberi poterat, extra ſues, boves, jumenta alia, ſi quæ vim ignis effugiſſent. Unum erat oppidum, quod Metropolim Drilarum appellabant: in id univerſi confluxerant. Erat hoc profundo admodum alveo cinctum, & aditus undique difficiles habebat.

4. Quum autem cetrati ſtadiis quinque vel ſex gravem armaturam curſu præceſſiſſent, trajecto alveo, & viſa ovium aliarumq; rerum magna copia, propius ad oppidum pergunt. Sequebantur hos haſtati multi, qui & ipſi commeatus cauſſa exierant. Itaque omnes, qui tranſierant alveum, duûm millium numerum ſuperabant.

5. Poſteaquam dimicando munitionem capere non poterant, quod & à foſſa lata egeſtaque circumdabatur; & in egeſto aggere ſudes defixerant, & turres ligneas complures excitaverant; jam de diſceſſu cogitabant, quum hoſtes eos à tergo aggrediuntur.

6. Quare

ϛ'. Ὡς δ' οὐκ ἐδύναντο ἀπελθεῖν (ἦν γὰρ ἐφ' ἑνὸς ἡ κατάβασις ἐκ τοῦ χωρίου εἰς τὴν χαράδραν) πέμπουσι πρὸς Ξενοφῶντα, ὃς ἡγεῖτο τοῖς ὁπλίταις. ὁ δ' ἐλθὼν, λέγει· ὅτι ἐστὶ χωρίον χρημάτων πολλῶν μεστόν. τοῦτο οὔτε λαβεῖν δυνάμεθα· ἰσχυρὸν γάρ ἐστιν· οὔτε ἀπελθεῖν ῥᾴδιον. μάχονται γὰρ ἐπεξεληλυθότες, καὶ ἡ ἄφοδος χαλεπή.

ζ'. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ξενοφῶν, προσαγαγὼν πρὸς τὴν χαράδραν, τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐκέλευσε θέσθαι τὰ ὅπλα· αὐτὸς δὲ διαβὰς σὺν τοῖς λοχαγοῖς, ἐσκοπεῖτο πότερον εἴη κρεῖττον ἀπάγειν καὶ τοὺς διαβεβηκότας, ἢ καὶ τοὺς ὁπλίτας διαβιβάζειν, ὡς ἁλόντος ἂν τοῦ χωρίου.

η'. Ἐδόκει γὰρ τὸ μὲν ἀπάγειν οὐκ εἶναι ἄνευ πολλῶν νεκρῶν, ἑλεῖν δ' ἂν ᾤοντο καὶ οἱ λοχαγοὶ τὸ χωρίον· καὶ ὁ Ξενοφῶν συνεχώρησε, τοῖς ἱεροῖς πιστεύσας. οἱ γὰρ μάντεις ἀποδεδειγμένοι ἦσαν, ὅτι μάχη μὲν εἴη, τὸ δὲ τέλος καλὸν τῆς ἐξόδου.

θ'. Καὶ

6. Quare quum non poſſent abſcedere (quod uni tantum deſcenſus in alveum ab oppido pateret) ad Xenophontem mittunt, qui gravis armaturæ militum dux erat. Nuntius oppidum quoddam ait eſſe, refertum copia rerum variarum: id neq; capi ab ipſis poſſe, quod munitum eſſet: neque proclive nobis eſt inde recedere, partim quod in nos egreſſi dimicant, partim quod abſceſſus ſit difficilis.

7. Ea Xenophon quum audiiſſet, ducto ad alveum milite, gravem armaturam ibi jubet in armis conſiſtere: ipſe cum ductoribus cohortium trajicit, ac num eſſet conſultius eos abducere, qui tranſierant, an gravem etiam armaturam ſpe capiundæ munitionis trajicere, conſiderabat.

8. Abductio non ſine multorum cæde fieri poſſe videbatur, & capi locum poſſe cohortium quoq; ductores exiſtimabant. Aſſentiebatur his Xenophon, fretus ſacrificiis. Nam pugnam quidem vates ſignificarant, ſed profectionis tamen finem præclarum fore.

9. Itaque

θ΄. Καὶ τοὺς μὲν λοχαγοὺς πέμπει διαβιβάσοντας τοὺς ὁπλίτας, αὐτὸς δ᾽ ἔμενεν ἀναχωρείσας ἅπαντας τοὺς πελταστάς, καὶ οὐδένα εἴα ἀκροβολίζεσθαι. ἐπεὶ δ᾽ ἧκον οἱ ὁπλῖται, ἐκέλευσε τὸν λόχον ἕκαστον ποιῆσαι τῶν λοχαγῶν, ὡς ἂν κράτιστα οἴηται ἀγωνιεῖσθαι. ἦσαν γὰρ οἱ λοχαγοὶ πλησίον ἀλλήλων, οἱ πάντα τὸν χρόνον ἀλλήλοις περὶ ἀνδραγαθίας ἀντεποιοῦντο.

ι΄. Καὶ οἱ μὲν λοχαγοὶ ταῦτα ἐποίουν· ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγελλε διηγκυλισμένους ἰέναι, ὡς ὁπόταν σημήνῃ, ἀκοντίζειν δεῆσον· καὶ τοὺς τοξότας ἐπιβεβλῆσθαι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, ὡς ὁπόταν σημήνῃ, τοξεύειν δεῆσον· καὶ τοὺς γυμνῆτας λίθων ἔχειν μεστὰς τὰς διφθέρας. καὶ τοὺς ἐπιτηδείους ἔπεμψε τούτων ἐπιμεληθῆναι.

ια΄. Επεὶ δὲ πάντα παρεσκεύαστο, καὶ οἱ λοχαγοὶ καὶ ὑπολοχαγοί, καὶ οἱ ἀξιοῦντες τούτων μὴ χείρους

9. Itaque cohortium ductores mittit, qui gravem armaturam traducerent: ipſe ſubſiſtebat, & cetratis omnibus unum in locum collectis, neminem eorum velitatione adverſus hoſtem uti permittebat. Poſteaquam gravis armaturæ milites adveniſſent, eo modo cohortium ductores ſingulos inſtruere cohortem ſuam juſſit, quo ſe quam optime dimicaturos exiſtimarent. Nam prope à ſe invicem aberant illi ductores cohortium, inter quos hoc toto tempore de virtute certamen fuerat.

10. Faciebant imperata præfecti cohortium, quum interea Xenophon cetratos prehenſis jaculorum amentis progredi jubet, ut poſteaquam ſignum ipſe dediſſet, jacula vibrarent: itidemque ſagittarios cum ſagittis nervo impoſitis, ut ipſo ſignum dante ſagittas emitterent: velites denique pelles ſuas lapidibus refertas habere juſſit. Miſit etiam quoſdam idoneos homines, qui hæc ut fierent, curarent.

11. Poſteaquam omnia recte comparata erant, & cohortium ductores, & horum legati, & alii, qui ſe

ρους τῆς εἰ), πάντες παρατεταγμένοι ἦσαν, καὶ ἀλλήλους μὲν συνεώρων· εὐειδὴς γὰρ ἦν ἡ παράταξις διὰ τὸ χωρίον. ἐπεὶ δ' ἐπαιάνισαν, καὶ ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ ἅμα γε τῷ ἐνυαλίῳ ἠλάλαξαν, καὶ ἔθεον δρόμῳ οἱ ὁπλῖται. καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι ἐκ τῶν χειρῶν λίθοι. ἦσαν δὲ οἳ καὶ πῦρ προσέφερον.

ιβ'. Ὑπὸ δὲ πλήθους τῶν βελῶν ἔλιπον οἱ πολέμιοι τά τε σταυρώματα, καὶ τὰς τύρσεις· ὥστε Ἀγασίας Στυμφάλιος καὶ Φιλόξενος Πελληνεὺς, καταθέμενοι τὰ ὅπλα, ἐν χιτῶνι μόνον ἀνέβησαν, καὶ ἄλλος ἄλλον εἷλκε, καὶ ἄλλος ἀναβεβήκει, καὶ ἡλώκει τὸ χωρίον ὡς ἐδόκει. καὶ οἱ μὲν πελτασταὶ καὶ οἱ ψιλοὶ εἰσδραμόντες ἥρπαζον ὅ,τι ἕκαστος ἐδύνατο. ὁ δὲ Ξενοφῶν στὰς κατὰ τὰς πύλας, ὁπόσους ἐδύνατο, κατεκώλυε τῶν ὁπλιτῶν ἔξω. πολέμιοι γὰρ ἄλλοι ἐφαίνοντο ἐπ' ἄκροις τισὶν ἰσχυροῖς.

ιγ'. Οὐ

ſe nihilo volebant his deteriores haberi, univerſi jam in acie diſpoſiti ſtabant, ſeque mutuo intuebantur. Et erat ſane acies ob loci rationem jucunda ſpectatu. Deinde inchoato pæane, clangenteq; tuba, Martium milites clamorem tollunt, ac gravis armaturæ pedites curſu in hoſtem tendunt. Simul etiam tela, haſtæ, ſagittæ, fundarum jacula, quamplurimi è manibus miſſi lapides torquebantur. Ignē quoq; nonnulli admovebant.

12. Hoſtes ob telorum multitudinem, & ſepta lignea & turres relinquunt: quo factum, ut Agaſias Stymphalius, & Philoxenus Pellenenſis, poſitis armis, ſola induti tunica aſcenderent, atq; alius alium attraheret, quum non nemo jam aſcendiſſet. Ita captum erat oppidum, uti quidem videbatur. Et cetrati cum velitibus irrumpentes curſu, quod quiſq; poterat, rapiebant. Xenophon interea ſtabat ad portas & gravis armaturæ milites, quoſcunque poterat, arcebat ingreſſu. Nam hoſtes alii munitis in jugis conſpiciebantur.

13. Nec

ιγ'. Οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου μεταξὺ γενομένου κραυγὴ ἐγίγνετο ἔνδον, καὶ ἔφευγον, οἱ μὲν καὶ ἔχοντες ἃ ἔλαβον, τάχα δέ τις καὶ τετρωμένος· καὶ πολὺς ἦν ὠθισμὸς ἀμφὶ τὰ θύρετρα. καὶ ἐρωτώμενοι οἱ ἐκπίπτοντες, ἔλεγον, ὅτι ἄκρα τις ἐστὶν ἔνδον, καὶ οἱ πολέμιοι πολλοὶ, οἳ παίουσιν ἐκδεδραμηκότες τοὺς ἔνδον ἀνθρώπους.

ιδ'. Ενταῦθα ἀνειπεῖν ἐκέλευσε Τολμίδην τὸν κήρυκα, ἰέναι εἴσω τὸν βουλόμενόν τι λαμβάνειν. καὶ ἐφέροντο εἴσω πολλοὶ, καὶ νικῶσι τοὺς ἐκπίπτοντας οἱ εἴσω ὠθούμενοι, καὶ κατακλείουσι τοὺς πολεμίους πάλιν εἰς τὴν ἄκραν. καὶ τὰ μὲν ἔξω τῆς ἄκρας πάντα διηρπάσθη καὶ ἐξεκομίσαντο οἱ Ελληνες· οἱ δ' ὁπλῖται ἔθεντο τὰ ὅπλα, οἱ μὲν περὶ τὸ σταύρωμα, οἱ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν ἄκραν φέρουσαν.

ιε'. Ὁ δὲ Ξενοφῶν καὶ οἱ λοχαγοὶ ἐσκόπουν, εἰ οἷόν τ' εἴη τὴν ἄκραν λαβεῖν. ἦν γὰρ οὕτω σωτηρία

13. Nec magno interjecto temporis ſpatio clamor intus extitit, fugientibus aliis cum iis rebus, quas ceperant, nonnullis etiam vulneratis: adeoq; magnus ad portas protrudentium ſeſe impetus erat. Qui elabebantur interrogati, aiebant arcem quandam interiorem eſſe, ac magnam hoſtium multitudinem, quæ excurſione facta milites ingreſſos cæderet.

14. Heic Xenophon proclamare Tolmidem præconem juſſit, ut quicunq; ſpoliorum aliquid capere vellet, ingrederetur. Tum vero permulti cum impetu irruebant, eoque factum, ut qui alios propellendo intro tenderent, erumpentes ex arce ſuperarent. Ita rurſus hoſtes ab eis in arcem concluduntur, diripientibus Græcis, ac ſecum exportantibus omnia, quæcunque extra arcem reperiebantur. Gravis autem armaturæ milites partim ad oppidi ſeptum, partim ad viam illam, quæ tendebat in arcem, ſubſiſtebant.

15. Interea Xenophon cum ductoribus cohortium conſiderabat, ecqua ratione capi arx poſſet. Nam ita

ρία ἀσφαλής· ἄλλως δὲ παγχάλεπον ἐδόκει εἶναι ἀπελθεῖν. σκεψαμένοις δ' αὐτοῖς ἔδοξε παντάπασιν ἀνάλωτον εἶναι τὸ χωρίον. ἐνταῦθα παρεσκευάζοντο τὴν ἄφοδον, καὶ τοὺς μὲν σταυροὺς ἕκαστοι τοὺς καθ' αὐτοὺς διῄρουν, καὶ τοὺς * ἀχρείους ἐφ' ἀρπαγὰς ἐξέπεμπον, καὶ τῶν ὁπλιτῶν τὸ πλῆθος· κατέλιπον δὲ οἱ λοχαγοὶ οἷς ἕκαστος ἐπίστευεν.

ιϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο ἀποχωρεῖν, ἐπεξέθεον ἔνδοθεν πολλοί, γέρρα καὶ λόγχας ἔχοντες, καὶ κνημῖδας, καὶ κράνη Παφλαγονικά· καὶ ἄλλοι ἐπὶ τὰς οἰκίας ἀνέβαινον τὰς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς εἰς τὴν ἄκραν φερούσης ὁδοῦ. ὥστ' οὐδὲ διώκειν ἀσφαλὲς ἦν αὐτοὺς κατὰ τὰς πύλας τὰς εἰς τὴν ἄκραν φερούσας. καὶ γὰρ ξύλα μεγάλα ἐπερρίπτουν ἄνωθεν, ὥστε χαλεπὸν ἦν καὶ μένειν καὶ ἀπιέναι· καὶ ἡ νὺξ φοβερὰ ἦν ἐπιοῦσα.

ιζ'. Μαχομένων δ' αὐτῶν καὶ ἀπορουμένων, Θεῶν τις

ita ſi fieret, ſalutem certam conſequuturi erant: cæteroqui per futurus difficilis abſceſſus videbatur. Hac in conſideratione dum verſarentur, viſum eſt eum locum plane capi non poſſe. Quapropter ad diſceſſum ſeſe parabant, ac ſinguli palos ſibi proximos diruebant, emiſſis inutilibus, ut prædas agerent, cum gravis armaturæ maxima parte: retinentibus penes ſe cohortium ductoribus eos quibus quiſque fidebat.

16. Poſteaquam abſcedere cœperunt, complures in eos ex arce irruebāt, ſcutis & haſtis, & tibiarum tegumentis, & galeis Paphlagonicis armati. Horum alii domos conſcendebant ex utraq; viæ parte ſitas, quæ ad arcem tendebat. Quo factum, ut tutum non eſſet eos ad portas in arcem ducentes perſequi. Quippe tigna ingentia de ſuperioribus locis dejiciebant, ut par eſſet in manendo & diſcedendo difficultas: præſertim quod nox etiam formidinem augeret, quæ tum ingruebat.

17. Hoc modo pugnantibus, & quaſdam ad anguſtias redactis, Deus

τις αὐτοῖς μηχανὴν σωτηρίας δίδωσιν. ἐξαπίνης γὰρ ἀνέλαμψεν οἰκία τῶν ἐν δεξιᾷ, ὅτου δὴ ἀνάψαντος. ὡς δ' αὕτη συνέπιπτεν, ἔφευγον οἱ ἀπὸ τῶν ἐν δεξιᾷ οἰκιῶν. ὡς δ' ἔμαθεν ὁ Ξενοφῶν τοῦτο παρὰ τῆς τύχης, ἀνάπτειν ἐκέλευε καὶ τὰς ἐν ἀριστερᾷ οἰκίας. αἱ δὲ, ξύλιναι ἦσαν· ὥστε καὶ ταχὺ ἐκαίοντο. ἔφευγον οὖν καὶ οἱ ἀπὸ τούτων τῶν οἰκιῶν.

ιη'. Οἱ δὲ κατὰ στόμα δὴ ἔτι μόνοι ἐλύπουν, καὶ δῆλοι ἦσαν ὅτι ἐπικείσονται ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τε καὶ καταβάσει. ἐνταῦθα παραγγέλλει φορεῖν ξύλα ὅσοι ἐτύγχανον ἔξω ὄντες τῶν βελῶν εἰς τὸ μέσον ἑαυτῶν καὶ τῶν πολεμίων. ἐπεὶ δὲ ἱκανὰ ἤδη ἦν, ἐνῆψαν. ἐνῆπτον δὲ καὶ τὰς παρ' αὐτὸ τὸ χαράκωμα οἰκίας, ὅπως οἱ πολέμιοι ἀμφὶ ταῦτα ἔχοιεν.

ιθ'. Οὕτω μόλις ἀπῆλθον ἀπὸ τοῦ χωρίου, πῦρ ἐν μέσῳ ἑαυτῶν καὶ τῶν πολεμίων ποιησάμενοι. καὶ κατεκαύθη πᾶσα ἡ πόλις, καὶ αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ τύρσεις, καὶ τὰ

Deus quiſpiam ſalutis apiſcendæ rationem offert. Nam ſubito quædam ad dextram ſita domus exarſit, incertum cujus opera ſuccenſa. Hæc poſteaquam collapſa eſt, qui erant in ædibus ad dextram ſitis, diffugiunt. Illud ubi Xenophon ex re fortuita animadvertiſſet, etiam ſuccendi ſitas ad ſiniſtram domos jubet. Eæ quod eſſent ligneæ, celeriter exurebantur. Itaque hoſtes, qui has occuparant, & ipſi fuga dilabebantur.

18. Soli jam moleſti erant illi, quos habebant à fronte. Nam perſpici palam poterat, futurum, ut hi Græcis exeuntibus, ac deſcenſuris à tergo incumberent. Heic Xenophon eis, quotquot extra telorum ictus erant, mandat, ut ligna loco inter ipſos & hoſtes medio comportarent. Ea quum ſatis multa jam congeſta eſſent, ſuccenſa ſunt. Etiam proximis vallo ædibus ignem injiciebant, ut his rebus hoſtes diſtinerentur.

19. Ita vix tandem ex hoc loco evadebant, igne inter ipſos & hoſtes excitato: quo & oppidum univerſum cum ædibus, turribus, ſeptis,

τὰ σταυρώματα, καὶ τἆλλα πάντα πλὴν τῆς ἄκρας.

ΚΕΦ. γ′.

ΤΗ δ' ὑστεραίᾳ ἀπῄεσαν οἱ Ἕλληνες, ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια. ἐπεὶ δὲ τὴν κατάβασιν ἐφοβοῦντο τὴν εἰς Τραπεζοῦντα (πρανὴς γὰρ ἦν καὶ στενὴ) ψευδενέδραν ἐποιήσαντο. καὶ ἀνὴρ Μυσὸς τὸ γένος, καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔχων, τῶν Κρητῶν λαβὼν * τέτταρας ἢ πέντε, ἔμενεν ἐν λασίῳ χωρίῳ, καὶ προσεποιεῖτο τοὺς πολεμίους πειρᾶσθαι λανθάνειν. αἱ δὲ πέλται αὐτῶν ἄλλη καὶ ἄλλη διεφαίνοντο, χαλκαῖ οὖσαι. οἱ μὲν οὖν πολέμιοι, ταῦτα διορῶντες, ἐφοβοῦντο ὡς ἐνέδραν οὖσαν· ἡ δὲ στρατιὰ ἐν τούτῳ κατέβαινεν.

β′. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει ἱκανὸν ἤδη ὑπεληλυθέναι τῷ Μυσῷ, ἐσήμηνε φεύγειν ἀνὰ κράτος. καὶ ὃς ἐξαναστὰς φεύγει, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι Κρῆτες (ἁλίσκεσθαι γὰρ ἔφασαν τῷ δρόμῳ)

ſeptis, rebuſque cæteris omnibus, arce ſola excepta, conflagravit.

CAP. III.

POſtridie Græci cum commeatu diſcedunt. Sed quia ſibi à deſcenſu verſus Trapezuntem metuebant, (quod & præceps & anguſtus eſſet,) fictis inſidiis hoſtem aggrediuntur. Myſus quidam & patria & nomine, ſecum aſſumtis quatuor aut quinque Cretenſibus, in loco ex arboribus denſo ſubſidebat, ac dare ſe operam ſimulabat, ut iſtic clam hoſtibus eſſet. Horum peltæ, quæ eſſent æreæ, ab hac atque illa parte dilucebant. Quæ quum hoſtes perſpicerent, tanquam inſidiæ iſtic laterent, metuebant ſibi: deſcendente interea exercitu noſtro.

2. Eum Myſus ubi ſatis jam longe proceſſiſſe putabat, ſignum ſuis dabat, ut quantis poſſent viribus fugerent. Itaque conſurgens cum aliis, quos ſecum habebat, fugam arripit. Cretenſes, quod futurum fuiſſe dicerent, ut curſu

δρόμῳ) ἐκπεσόντες ἐκ τῆς ὁδοῦ, εἰς ὕλην κατὰ τὰς νάπας κυλινδούμενοι ἐσώθησαν· ὁ Μυσὸς δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν φεύγων, ἐβόα βοηθεῖν· καὶ ἐβοήθησαν αὐτῷ, καὶ ἀνέλαβον τετρωμένον. καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες, καὶ ἀντιτοξεύοντές τινες τῶν Κρητῶν. οὕτως ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, πάντες σῶοι ὄντες.

γ'. Ἐπεὶ δὲ οὔτε ὁ Χειρίσοφος ἧκεν, οὔτε πλοῖα ἱκανὰ ἦν, οὔτε ἐπιτήδεια ἦν λαμβάνειν ἔτι, ἐδόκει ἀπιτέον εἶναι. καὶ εἰς μὲν τὰ πλοῖα τούς τε ἀσθενοῦντας ἐνεβίβασαν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ τῶν σκευῶν ὅσα μὴ ἀνάγκη ἦν ἔχειν· καὶ Φιλήσιον καὶ Σοφαίνετον τοὺς πρεσβυτάτους τῶν στρατηγῶν εἰσβιβάσαντες, τούτων ἐκέλευον ἐπιμελεῖσθαι· οἱ δὲ ἄλλοι ἐπορεύοντο. ἡ δὲ ὁδὸς ὁδοποιημένη ἦν.

δ'. Καὶ ἀφικνοῦνται πορευόμενοι εἰς Κερασοῦντα τριταῖοι, πόλιν

ſu victi caperentur; de via ſe proripientes in ſylvam, perque ſaltus devoluti, ſaluti ſuæ conſuluerunt. Myſus in ipſa via fugiebat, & clamando ſuorum opem implorabat. Ferebant illi auxilium, ac vulneratum recipiebant. Quumque jaculis peterentur, cedendo pedem referebant; nonnullis Cretenſibus in hoſtem ſagittas viciſſim ejaculantibus. Ita factum, ut omnes ſalvi & incolumes ad caſtra reverterentur.

3. Et quia neque Cheriſophus redibat, neq; navium ſatis magna erat copia, neque capi alicunde commeatus deinceps poterat; viſum eſt, diſcedendum eſſe. Quapropter in navigia, laborantes adverſa valetudine, cum iis qui annum quadrageſimum exceſſerant, itemque pueros, mulierculas, vaſa, quorum uſus neceſſarius non erat, imponunt: commiſſa horum cura Phileſio & Sophæneto, qui maximi natu inter prætores erant. Cæteri pedites iter faciebant, jampridem commode munita via.

4. Quum triduum totum proficiſcendo conſumſiſſent, Ceraſuntem veniunt. Id oppidum Græcum

πόλιν Ἑλληνίδα, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, Σινωπέων ἄποικον, ἐν τῇ Κολχίδι χώρᾳ. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας δέκα. καὶ ἐξέτασις ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγένετο καὶ ἀριθμός, καὶ ἐγένοντο ὀκτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι. οὗτοι ἐσώθησαν ἐκ τῶν ἀμφὶ τοὺς μυρίους. οἱ δὲ ἄλλοι ἀπώλοντο ὑπό τε πολεμίων, καὶ χιόνος, καὶ εἴ τις νόσῳ.

ε΄. Ἐνταῦθα διαλαμβάνουσι τὸ * ἀπὸ τῶν αἰχμαλώτων γενόμενον ἀργύριον· καὶ τὴν δεκάτην, ἣν τῷ Ἀπόλλωνι ἐξεῖλον, καὶ τῇ Ἐφεσίᾳ Ἀρτέμιδι, διέλαβον οἱ στρατηγοί, τὸ μέρος ἕκαστος φυλάττειν τοῖς θεοῖς. ἀντὶ δὲ Χειρισόφου Νέων ὁ Ἀσιναῖος ἔλαβε.

ς΄. Ξενοφῶν οὖν τὸ μὲν τοῦ Ἀπόλλωνος ἀνάθημα ποιησάμενος, ἀνατίθησιν εἰς τὸν ἐν Δελφοῖς τῶν Ἀθηναίων θησαυρόν, καὶ ἐπέγραψε τό,τε αὑτοῦ ὄνομα, καὶ τοῦ Προξένου, ὃς σὺν Κλεάρχῳ ἀπέθανε· ξένος γὰρ ἦν αὐτοῦ.

ζ΄. Τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας, ὅτε ἀπῄει σὺν Ἀγησιλάῳ ἐκ τῆς Ἀσίας τὴν εἰς Βοιωτοὺς ὁδόν, καταλείπει παρὰ Μεγαβύζῳ

Græcum eſt, ad mare ſitum, Sinopenſium in Colchide colonia. Dies heic decem ſubſtitere, quibus inſtituta luſtratione,cenſa ſunt militum octo millia, ſexcenti. Hi ex CIↃIↃ fere, ſalvi evaſerant: quum reliqui partim per hoſtiles incurſiones, partim à nivibus,partim etiam morbo conſumti periiſſent.

5. Ibidem pecuniam, quam ex captivis redegerant,partiuntur: atque etiam decumam, quam Apollini & Epheſiæ Dianæ exemerant, ita duces diſtribuunt; ut quilibet ipſorum hiſce Diis aliquam partem ejus aſſervaret. Cheriſophi loco Neoni Aſinenſi pars una tradita eſt.

6. Xenophon quum donarium Apollini confeciſſet, in theſaurum illud Athenienſium, qui Delphis eſt, conſecratum repoſuit: quum & ſuum, & Proxeni hoſpitis ſui, qui cum Clearcho occubuerat, nomen inſcripſiſſet.

7. Quod vero Dianæ dedicatum erat, id quo tempore cum Ageſilao ex Aſia in Bœotiam proficiſcebatur, apud Megabyzum

Μεγαβύζῳ τῷ τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ, ὅτι αὐτὸς κινδυνεύσων ἐδόκει ἰέναι μετ᾽ Ἀγησιλάου ἐν Κορωνείᾳ. καὶ ἐπέστειλεν, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ, ἑαυτῷ ἀποδοῦναι· εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, ποιησάμενον τῇ Ἀρτέμιδι ὅ,τι οἴοιτο χαριεῖσθαι τῇ Θεῷ.

η'. Ἐπεὶ δ᾽ ἔφυγε Ξενοφῶν, κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ ἐν Σκιλλοῦντι, ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων οἰκισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν, ἀφικνεῖται Μεγάβυζος εἰς Ὀλυμπίαν, θεωρήσων, καὶ ἀποδίδωσι τὴν παρακαταθήκην αὐτῷ. Ξενοφῶν δὲ λαβὼν, χωρίον ὠνεῖται τῇ Θεῷ, ὅπου ἀνεῖλεν ὁ Θεός.

θ'. Ἔτυχε δὲ διαῤῥέων διὰ τοῦ χωρίου ποταμὸς Σελλινοῦς. καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ παρὰ τὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος νεὼν Σελλινοῦς ποταμὸς παραῤῥεῖ, καὶ ἰχθύες τε ἐν ἀμφοτέροις εἰσὶ, καὶ κόγχαι. ἐν δὲ τῷ Σκιλοῦντι χωρίῳ καὶ θῆραι πάντων, ὁπόσα ἐστὶν ἀγρευόμενα θηρία.

ι'. Ἐποίησε

zum ædituum Dianæ reliquit. Videbatur enim illo itinere aleam prœlii cum Ageſilao apud Coroneam ſubiturus. Itaq; mandatum dedit, in hanc ſententiam: Si ſalvus ipſe evaſiſſet è prœlio, reſtituendam ſibi eſſe pecuniam ſacram: ſin aliquid humanitus ei accideret, Megabyzus illam Dianæ dedicaret, confecto donario, quod Deæ gratiſſimum fore arbitraretur.

8. Poſtea vero, quum eſſet in exilio Xenophon, ac jam Scilunte habitaret, quod oppidum à Lacedæmoniis propter Olympiã conditum erat; venit ad Olympiam ſpectandi gratia Megabyzus, ac depoſitum Xenophonti reſtituit. Eo recepto Xenophon, agrum illo loco Deæ mercatus eſt, qui Apollinis oraculo demonſtratus erat.

9. Perlabitur eum agrum Sellenus amnis. Itidem apud Epheſum propter ædem Dianæ Epheſiæ Sellenus fluvius præterfluit. Uterque piſces habet, & conchas. Præter hæc in eo, qui ad Sciluntem eſt, agro, venari feras omnes, quæcunque indagando capiuntur, licet.

10. Tem-

ί. Ἐποίησε δὲ καὶ ναὸν, καὶ βωμὸν, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀργυρίου· καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ δεκατεύων τὰ ἐκ τοῦ ἀγροῦ ὡραῖα, θυσίαν ἐποίει τῇ Θεῷ. καὶ πάντες οἱ πολῖται καὶ οἱ περίχωροι ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετεῖχον τῆς ἑορτῆς. παρεῖχε δὲ ἡ Θεὸς τοῖς σκηνοῦσιν ἄλφιτα, ἄρτους, οἶνον ἀργύρια, τραγήματα, καὶ τῆς θυομένων ἀπὸ τῆς ἱερᾶς νομῆς λάχος, καὶ τῶν θηρευομένων δέ.

ιά. Καὶ γὰρ θήραν ἐποιοῦντο εἰς τὴν ἑορτὴν οἵ τε Ξενοφῶντος παῖδες, καὶ οἱ τῶν ἄλλων πολιτῶν. οἱ δὲ βουλόμενοι καὶ ἄνδρες συνεθήρων, καὶ ἡλίσκετο τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱεροῦ χώρου, τὰ δὲ ἐκ τῆς Φολόης, σύες καὶ δορκάδες καὶ ἔλαφοι.

ιβ'. Ἔστι δὲ ὁ τόπος, ᾗ ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ὀλυμπίαν πορεύονται, ὡς εἴκοσι στάδιοι ἀπὸ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ Διὸς ἱεροῦ. ἔνι δ' ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ * καὶ ἄλση καὶ ὄρη δένδρων μεστὰ, ἱκανὰ καὶ σῦς καὶ αἶγας καὶ οἶς τρέφειν, καὶ ἵππους, ὥστε καὶ τὰ τῶν εἰς τὴν ἑορτὴν ἰόντων ὑποζύγια

10. Templum etiam, cum ara, de pecunia ſacra extruxit, ac poſt id temporis ſemper conſecratis fructuum agri decumis, ſacrum Deæ faciebat. Earum feriarum & municipes, & finitimi, tam viri quam fœminæ, participes erant. Et ſubminiſtrat iis Dea, qui agitant convivia, farinas cum panibus, vino, pecunia, bellariis; præterea partem eorum, quæ vel è paſcuis ſacris mactantur, vel venando capiuntur.

11. Xenophontis enim, & cæterorum municipum filii ad celebritatem hanc venationem inſtituebant: quibus etiam viri ſe in venando adjungebant, qui vellent. Itaque partim ex agro ſacro, partim ex Pholoe apri, capreæ, cervi capiebantur.

12. Locus ipſe qua in Olympiam Lacedæmone itur, ad ſtadia viginti à Jovis Olympii fano abeſt. Idem & nemora complectitur, & montes refertos arboribus; ut in eis & ſues, & capræ, & oves, & equi ſatis paſtus habeant: quo fit, ut eorum, qui ad celebritatem hanc ſe conferunt, etiam jumenta abunde

ζύγια εὐωχεῖσθαι. περὶ δ' αὐτὸν τὸν ναὸν ἄλσος ἡμέρων δένδρων ἐφυτεύθη, ὅσα ἐστὶ τρωκτὰ, ὡραῖα.

ιγ'. Ὁ δὲ ναὸς, ὡς μικρὸς μεγάλῳ, τῷ ἐν Ἐφέσῳ εἴκασται, καὶ τὸ ξόανον ἔοικεν ὡς κυπαρίττινον χρυσῷ ὄντι τῷ ἐν Ἐφέσῳ. καὶ στήλη ἕστηκε παρὰ τὸν ναὸν γράμματα ἔχουσα, ΙΕΡΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. τὸν δὲ ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστου ἔτους, ἐκ δὲ τοῦ περιττοῦ τὸν ναὸν ἐπισκευάζειν. ἐὰν δέ τις μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ Θεῷ μελήσει.

ΚΕΦ. δ'.

ΕΚ Κερασοῦντος δὲ κατὰ θάλατταν μὲν ἐκομίζοντο οἵπερ καὶ πρόσθεν, οἱ δ' ἄλλοι κατὰ γῆν ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δ' ἦσαν ἐπὶ τοῖς Μοσυνοίκων ὁρίοις, πέμπουσιν εἰς αὐτοὺς Τιμησίθεον τὸν Τραπεζούντιον, πρόξενον ὄντα τῶν Μοσυνοίκων, ἐρωτῶντες, πότερον ὡς διὰ φιλίας ἢ ὡς διὰ πολεμίας

abunde ſatientur. Propter fanum lucus eſt hortenſibus arboribus conſitus, in quo erant omnia, quæcunque poſteaquam maturuerunt, eſculenta ſunt.

13. Fanum ipſum, ut parvum magni, ſimilitudinem Epheſini refert: itemque ſimulacrum, ut cupreſſinum aureo, Epheſino ſimile eſt. Propter fanum pila erecta, quæ has litteras continet: FUNDUS DIANÆ SACER. Hoc qui poſſeſſor fruitur, quotannis conſecrato decumam: de reliquo fanum ſartum tectum conſervato. Si quis non fecerit, Dea vindex eſto.

CAP. IV.

POſt hæc à Ceraſunte, mari quidem ii, qui prius, vehebantur: cæteri terreſtri itinere pergebant. Poſteaquam Moſynœcorum fines attigiſſent, Timeſitheum Trapezuntium ad eos mittunt, qui erat Moſynœcorum hoſpes. Per hunc interrogant, utrum tanquam per pacatum, an hoſtilem agrum iter Græcis faciendum

λεμίας πορεύσονται τῆς χώρας. οἱ δ' εἶπον, ὅτι οὐ διήσειν· ἐπίστευον γὰρ τοῖς χωρίοις.

β'. Ἐντεῦθεν λέγει Τιμησίθεος ὅτι πολέμιοί εἰσιν αὐτοῖς οἱ ἐκ τοῦ ἐπέκεινα. καὶ ἐδόκει καλέσαι ἐκείνους, εἰ βούλοιντο συμμαχίαν ποιήσασθαι. καὶ πεμφθεὶς ὁ Τιμησίθεος ἧκεν ἄγων τοὺς ἄρχοντας. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, συνῆλθον οἵ τε τῶν Μοσσυνοίκων ἄρχοντες καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων. καὶ ἔλεγε μὲν Ξενοφῶν, ἡρμήνευε δὲ Τιμησίθεος.

γ'. Ὦ ἄνδρες Μοσσύνοικοι, ἡμεῖς διελθεῖν βουλόμεθα εἰς τὴν Ἑλλάδα πεζῇ· πλοῖα γὰρ οὐκ ἔχομεν. κωλύουσι δὲ οὗτοι ἡμᾶς, οὓς ἀκούομεν ὑμῖν πολεμίους εἶναι. εἰ οὖν βούλεσθε, ἔξεστιν ὑμῖν ἡμᾶς λαβεῖν συμμάχους, καὶ τιμωρήσασθαι εἴ τι πώποθ' ὑμᾶς οὗτοι ἠδίκησαν, καὶ τολοιπὸν ὑμῶν ὑπηκόους εἶναι τούτους. εἰ δὲ ἡμᾶς ἀφήσετε, σκέψασθε πόθεν αὖθις ἂν τοσαύτην δύναμιν λάβοιτε σύμμαχον. πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο ὁ ἄρχων τῶν Μοσυνοίκων,

ciendum eſſet. Illi, quod munitionibus locorum fiderent, ſibi perinde fore reſpondent.

2. Tum Timeſitheus narrat, eſſe his hoſtes illos, qui ulterius habitarent. Quare viſum eſt, hos eſſe de ineunda ſocietate belli appellandos. Miſſus eſt igitur ad eos Timeſitheus, qui cum magiſtratibus gentis rediit. Poſteaquam advenissent, aç jam tum Moſynœcorum magiſtratus, tum Græcorum prætores congreſſi eſſent; Xenophon hanc orationem habuit, interpretante ipſius verba Timeſitheo.

3. Cupimus nos, Moſynœci, pedeſtri itinere Græciam petere, quum à navigiis deſtituamur. Verum impedimur ab iis, quos vobiſcum inimicitias exercere audimus. Quapropter, ſi voletis, licet jam vobis nos ſocios adjungere, injurias, quibus unquam vos illi affecerunt, ulciſci: efficere denique, ut in poſterum veſtro illi imperio pareant. Quod ſi nos dimiſeritis, circumſpicite tandem, unde tantum exercitum accepturi ſitis, qui vobis opituletur. Ad ea qui ſummum apud Moſynœcos magiſtra-

συνοίκων, ὅτι καὶ βούλοιτο ταῦτα, καὶ δέχοιτο τὴν συμμαχίαν.

δ΄. Ἄγετε δή, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι, ἂν σύμμαχοι ὑμῶν γενώμεθα; καὶ ὑμεῖς ποῖοί τε ἔσεσθε ἡμῖν συμπρᾶξαι περὶ τῆς διόδου; οἱ δ᾽ εἶπον, ὅτι ἱκανοί ἐσμεν εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλειν ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα τὴν τῶν ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολεμίων, καὶ δεῦρο ὑμῖν πέμψαι ναῦς τε καὶ ἄνδρας, οἵτινες ὑμῖν συμμαχοῦνταί τε, καὶ τὴν ὁδὸν ἡγήσονται.

ε΄. Επὶ τούτοις πιστὰ δόντες, καὶ λαβόντες, ᾤχοντο· καὶ ἧκον τῇ ὑστεραίᾳ ἄγοντες τριακόσια πλοῖα μονόξυλα, καὶ ἐν ἑκάστῳ τρεῖς ἄνδρας, ὧν οἱ μὲν δύο ἐκβάντες, εἰς τάξιν ἔθεντο τὰ ὅπλα· ὁ δὲ εἷς ἔμενε. καὶ οἱ μὲν, λαβόντες τὰ πλοῖα, ἀπέπλευσαν· οἱ δὲ μένοντες ἐξετάξαντο οὕτως.

ϛ΄. Ἔστησαν ὥσπερ ἀνὰ ἑκατὸν μάλιστα οἱ χοροὶ, ἀντιστοιχοῦντες ἀλλήλοις, ἔχοντες γέρρα πάντες λευκῶν βοῶν δασέα,

tum gerebat, ita reſpondit: ut ſignificaret, & velle ſe hæc, & ſocietatem admittere.

4. Tum Xenophon: Agite vero, ait, quanam in re noſtra vobis opus erit opera? itidem vos quid adjumenti nobis afferre poteritis ad hoc, ut tranſitus nobis concedatur? Nobis, inquiunt, virium ſatis eſt ad invadendum ab altera parte illorum agrum, quos hoſtes communes habemus: ac nihilo ſequius huc ad vos tum naves, tum milites mittemus, qui & auxilio vobis ſint, & viam commonſtrent.

5. His conditionibus quum utrinque data & accepta fides eſſet, ad ſuos abiere. Poſtridie cum trecentis lintribus aderant, quibus ſingulis terni homines continebantur. Ex his duo de lintribus egreſſi, ad Græcorum aciem ſe adjungebant: unus in navigio manebat. Itaque ſumtis lintribus, abnavigarunt: reliqui ſe hoc modo in aciem diſpoſuerunt.

6. Stabant centuriatim tanquam chori, oppoſitis ſibi ſeriebus, omnes inſtructi denſis ſcutis, ex alborum boum coriis, hederæ

σεια, εἰκασμένα κιττοῦ πετάλῳ· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ παλτὸν ὡς ἑξάπηχυ, ἔμπροσθεν μὲν λόγχην ἔχον, ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ τοῦ ξύλου σφαιροειδές. χιτωνίσκους δὲ ἐνδεδύκεσαν ὑπὲρ γονάτων, πάχος ὡς λινοῦ στρωματοδέσμου. ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κράνη σκύτινα, οἷά περ τὰ Παφλαγονικά, κρώβυλον ἔχοντα κατὰ μέσον ἐγγυτάτω τιαροειδῆ. εἶχον δὲ καὶ σαγάρεις σιδηρᾶς.

ζʹ. Ἐντεῦθεν ἐξῆρχε μὲν αὐτῶν εἷς, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ᾄδοντες ἐπορεύοντο ἐν ῥυθμῷ, καὶ διελθόντες διὰ τῶν τάξεων, καὶ διὰ τῶν ὅπλων τῶν Ἑλλήνων, ἐπορεύοντο εὐθὺς πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐπὶ χωρίον, ὃ ἐδόκει ἐπιμαχώτατον εἶναι. ᾤκειτο δὲ τοῦτο πρὸ τῆς πόλεως, τῆς Μητροπόλεως καλουμένης αὐτοῖς, καὶ ἐχούσης τὸ ἀκρότατον τῶν Μοσσυνοίκων. καὶ περὶ τούτου ὁ πόλεμος ἦν. οἱ γὰρ ἀεὶ τοῦτ' ἔχοντες ἐδόκουν ἐγκρατεῖς πάντων Μοσσυνοίκων εἶναι. καὶ ἔφασαν τούτους οὐ δικαίως

hederæ folii forma: dextra ſex cubitûm tragulam tenebant: cujus anterior pars cuſpidem habebat, poſterior formam ligni pilarem. Tunicis ſupra genua induti erant, quarum erat ea craſſities, quæ lineæ faſciæ, qua ſtragula veſtis conſtringitur. In capite coriaceas galeas, Paphlagonicis conſimiles geſtabant; quarum in medio ſpira tortilis erat, quam proxime tiaræ formam referens. Habebant & ſecures ferreas.

7. Poſthæc quum unus ex eis præcinuiſſet, cæteri omnes cum cantu incedebant ad numerum; perque Græcorum ordines & armatos progreſſi, recta tendebant in hoſtem ad caſtellum, quod expugnari facillime poſſe videbatur. Situm hoc erat ante oppidum, quod ipſi Metropolim appellabant, & in quo erat imperii quaſi arx de quâ bellum inter ipſos gerebatur. Nam quolibet tempore, qui eâ potirentur, ii ſe Moſyncecos univerſos in officio & poteſtate ſua retinere poſſe arbitrabantur. Atque hoc aiebant Græcorum ſocii ab hoſtibus

καλῶς ἔχειν τοῦτο, ἀλλὰ κοινὸν ὂν καταλαβόντας πλεονεκτεῖν.

η΄. Εἵποντο δ᾽ αὐτοῖς καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς, οὐ ταχθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἀλλ᾽ ἁρπαγῆς ἕνεκεν. οἱ δὲ πολέμιοι, προσιόντων, τέως μὲν ἡσύχαζον· ἐπεὶ δ᾽ ἐγγὺς ἐγένοντο τοῦ χωρίου, ἐκδραμόντες τρέπονται αὐτοὺς, καὶ ἀπέκτειναν συχνοὺς τῶν βαρβάρων, καὶ τῶν συναναβάντων Ἑλλήνων τινάς· καὶ ἐδίωκον, μέχρις οὗ εἶδον τοὺς Ἕλληνας βοηθοῦντας. εἶτα δὲ ἐκτραπόμενοι ᾤχοντο. καὶ ἀποτεμόντες τὰς κεφαλὰς τῶν νεκρῶν, ἐπεδείκνυσαν τοῖς τε Ἕλλησι καὶ τοῖς ἑαυτῶν πολεμίοις· καὶ ἅμα ἐχόρευον, νόμῳ τινὶ ᾄδοντες.

θ΄. Οἱ δ᾽ Ἕλληνες μάλα ἤχθοντο, ὅτι τούς τε πολεμίους ἐπεποιήκεσαν θρασυτέρους, καὶ ὅτι οἱ ἐλθόντες Ἕλληνες σὺν αὐτοῖς ἐπεφεύγεσαν, μάλ᾽ ὄντες συχνοί· ὃ οὔπω πρόσθεν ἐπεποιήκεσαν ἐν τῇ στρατείᾳ. Ξενοφῶν δὲ συγκαλέσας τοὺς Ἕλληνας, εἶπεν·

ι΄. Αν-

bus nullo jure teneri, qui eo, quod communitatis eſſet, occupato, aliena uſurparent.

8. Sequebantur hos Græci quidam, non ex ducum imperio, ſed prædæ cauſa. Hoſtes accedentibus noſtris, primum quieſcebant. Quum autem prope à caſtello abeſſent, excurſione facta, in fugam eos vertunt, ac barbarorum complures; Græcorum, qui cum eis aſcenderant, nonnullos interficiunt: neque à perſequendo deſiſtunt, donec Græcos ſuis opem ferre viderent. Tum vero converſi diſcedebant, & præciſa interfectorum capita tum Græcis tum hoſtibus ſuis oſtentabant; ſimulque certo quodam modo cantantes, tripudiabant.

9. Græci permoleſte ferebant, hoſtes audentiores eſſe factos; ac Græcos, qui ſe ſatis magno numero barbaris adjunxerant, fugiſſe. Neque enim hac tota in expeditione quidquam hujuſmodi commiſerant. Atque heic convocatis Græcis Xenophon, in hanc ſententiam loquutus eſt :

10. Non

ι'. Ἄνδρες στρατιῶται, μηδὲν ἀθυμήσετε ἕνεκα τῶν γεγενημένων. ἔστι γὰρ ὅ,τι καὶ ἀγαθὸν οὐ μεῖον τοῦ κακοῦ γεγένηται. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπίστασθε, ὅτι οἱ μέλλοντες ἡμῖν ἡγεῖσθαι, τῷ ὄντι πολέμιοί εἰσιν οἷσπερ καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη. ἔπειτα δὲ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀφροντιστήσαντες τῆς σὺν ἡμῖν τάξεως, καὶ ἡγησάμενοι ἱκανοὶ εἶναι σὺν τοῖς βαρβάροις ταὐτὰ πράττειν, ἅπερ σὺν ἡμῖν, δίκην δεδώκασι. ὥστε αὖθις ἧττον τῆς ἡμετέρας τάξεως ἀπολείψονται. ἀλλ' ὑμᾶς δεῖ παρασκευάσασθαι, ὅπως καὶ τοῖς φίλοις οὖσι τῶν βαρβάρων δόξετε κρείττους αὐτῶν εἶναι, καὶ τοῖς πολεμίοις δηλώσετε, ὅτι οὐχ ὁμοίοις ἀνδράσι μαχοῦνται νῦν τε καὶ ὅτε τοῖς ἀτάκτοις ἐμάχοντο.

ια'. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν οὕτως διέμειναν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ θύσαντες, ἐπεὶ ἐκαλλιέρησαν, ἀριστήσαντες, ὀρθίους τοὺς λόχους ποιησάμενοι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κατὰ ταὐτὰ ταξάμενοι, ἐπορεύοντο· τοὺς τοξότας μεταξὺ

10. Non eſt, milites, cur animis dejectis, ob ea quæ accidere, ſitis. Quippe non minus boni quam mali vobis contigit. Primum enim certo jam vobis conſtat, eos, qui futuri ſunt itineris noſtri duces, reabſe hoſtili eſſe in illos animo, quos itidem nos hoſtium loco, neceſſario ducimus. Deinde Græci noſtri, qui acie noſtra poſthabita, ſe barbaris adjunctos eadem putarunt gerere poſſe, quæ nobiſcum perfecere, pœnas dederunt. Quo fiet, ut deinceps minus ſint aciem noſtram deſerturi. Enimvero ſic vos paretis neceſſe eſt, ut tum ii barbari, qui amicitiam noſtram amplexi ſunt, præſtare vos ſibi ipſis ſtatuant: tum hoſtibus declaretis, non jam ipſos cum ejuſmodi viris prœlio congreſſuros, quales illi fuere, quos modo nullius ordinis obſervantes ſunt adorti.

11. Ita tum hoc die quum quieviſſent, poſtridie facta re ſacra, & extis addicentibus, prandent, inſtructiſq; cohortibus rectis, ac barbaris itidem ad ſiniſtram collocatis, pergunt; ſagittariis intra cohortes

μεταξὺ τῶν λόχων ὀρθίων ὄντων ἔχοντες, ἀπολειπομένους δὲ μικρὸν τοῦ στόματος τῶν ὁπλιτῶν.

ιβ'. Ἤδη γὰρ τῶν πολεμίων οἱ εὔζωνοι, οἳ κατατρέχοντες τοῖς λίθοις ἔβαλλον. τούτους οὖν ἀνέστελλον οἱ τοξόται καὶ οἱ πελτασταί. οἱ δ' ἄλλοι βάδην ἐπορεύοντο, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸ χωρίον, ἀφ' οὗ τῇ προτεραίᾳ οἱ βάρβαροι ἐτράπησαν, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς. ἐνταῦθα γὰρ οἱ πολέμιοι ἦσαν ἀντιτεταγμένοι.

ιγ'. Τοὺς μὲν οὖν πελταστὰς ἐδέξαντο οἱ βάρβαροι, καὶ ἐμάχοντο. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν οἱ ὁπλῖται, ἐτράποντο. καὶ οἱ μὲν πελτασταὶ εὐθὺς εἵποντο, διώκοντες ἄνω πρὸς τὴν Μητρόπολιν· οἱ δὲ ὁπλῖται ἐν τάξει εἵποντο.

ιδ'. Ἐπεὶ δ' ἄνω ἦσαν πρὸς ταῖς τῆς Μητροπόλεως οἰκίαις, ἐνταῦθα δὴ οἱ πολέμιοι ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι ἐμάχοντο, καὶ ἐξηκόντιζον τοῖς παλτοῖς, καὶ ἄλλα δόρατα ἔχοντες παχέα μακρὰ, ὅσα ἀνὴρ φέροι

hortes rectas receptis, qui aliquo tamen ex intervallo à gravis armaturæ peditum fronte abeſſent.

12. Nam inter hoſtes expediti nonnulli excurrebant, & lapidibus noſtros petebant. Hos ſagittarii cum cetratis reprimebant. Cæteri milites gradatim procedebant, ac primo quidem ad eum ipſum locum, de quo pridie barbari, cum iis qui ſe ipſis adjunxerant, in fugam acti fuerant. Heic enim hoſtes acie inſtructa ſtabant.

13. Suſtinebant cetratorum impetum barbari, contraque hos dimicabant: verum ubi gravis armatura prope jam ab ipſis aberat, terga dabant. Eos à tergo ſtatim cetrati, ſurſum ad Metropolim tendentes, perſequebantur: quum armatura gravis, ordine ſervato, ſuccederet.

14. Poſteaquam ſurſum ad ipſas uſque Metropolis domos perventum eſſet, tum vero collecti hoſtes univerſi dimicabant, ac partim tragulas ejaculabantur, partim haſtas alias habebant, easque tanta craſſitie ac longitudine, ut unus eas vix geſtare poſſet. His propulſare

εἰ μόλις. τούτοις ἐπειρῶντο ἀμύνεσθαι ἐκ χειρός.

ιε'. Ἐπεὶ δὲ οὐχ ὑφίεντο οἱ Ἕλληνες, ἀλλ' ὁμόσε ἐχώρουν, ἔφυγον οἱ βάρβαροι, καὶ ἐντεῦθεν ἅπαντες ἔλιπον τὸ χωρίον. ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτῶν, ὁ ἐν τῷ [q] μόσσυνι τῷ ἐπ' ἄκρου ᾠκοδομημένῳ, ὃν τρέφουσι πάντες κοινῇ αὐτοῦ μένοντα καὶ φυλάττοντα, οὐκ ἤθελεν ἐξελθεῖν, οὐδὲ οἱ ἐν τῷ προτέρῳ αἱρεθέντι χωρίῳ. ἀλλ' αὐτοῦ σὺν τοῖς Μοσσύνοις κατεκαύθησαν.

ιϛ'. Οἱ δ' Ἕλληνες διαρπάζοντες τὸ χωρίον, εὕρισκον θησαυροὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἄρτων νενημένων πατρίους τῶν περυσινῶν, ὡς ἔφασαν οἱ Μοσσύνοικοι· τὸν δὲ νέον σῖτον σὺν τῇ καλάμῃ ἀποκείμενον. ἦσαν δὲ ζειαὶ αἱ πλεῖσται. καὶ δελφίνων τεμάχη ἐν ἀμφορεῦσιν εὑρίσκετο τεταριχευμένα, καὶ στέαρ ἐν τεύχεσι τῶν δελφίνων, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Μοσσύνοικοι, καθάπερ οἱ Ἕλληνες τῷ ἐλαίῳ. [r] κάρυα δ' ἐπὶ τῶν ἀνωγαίων ἦν πολλὰ τὰ πλατέα, οὐκ ἔχοντα διαφυὴν οὐδεμίαν. ★ τούτοις

καὶ

pulſare vim hoſtium comminus nitebantur.

15. At vero quum Græci non modo nihil cederent, ſed etiam pergerent ad conſerendum cum eis manus, fugam arripiunt barbari, ſtatimq; univerſi oppidum deſerunt. Eorum rex, qui degebat in turri lignea, loco editiſſimo extructa, in qua manentem, & agentem excubias, communibus impenſis omnes alunt, ex ea prodire nolebat, ac ne illi quidem, qui in caſtello prius capto erant: ſed una cum ædibus ligneis exuſti fuere.

16. Græci quum oppidum diriperent, acervos panum more gentis congeſtorum cumulate in ædibus inveniunt. Hi ſuperioris erant anni, quemadmodum aiebãt Moſynœci. Frumentum hornum una cum ipſo culmo conditum reperiunt, cujus maxima pars erat zea. Reperiebantur & delphinorum fruſta ſale condita, cum eorundem in vaſis adipe; quo Moſynœci ſic utebantur, ut Græci oleo. Superioribus in tabulatis nuces erant caſtaneæ, eæque craſſæ, nulla cum fiſſura. His elixando

καὶ πλεῖστον ὡς σίτῳ ἐχρῶντο, ἕψοντες. οἶνος δὲ εὑρίσκετο, ὃς ἄκρατος μὲν, ὀξὺς ἐφαίνετο εἶναι ὑπὸ τῆς αὐστηρότητος· κερασθεὶς δὲ, εὐώδης τε καὶ ἡδύς.

ιζ΄. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἀριστήσαντες ἐνταῦθα, ἐπορεύοντο εἰς τὸ πρόσω, παραδόντες τὸ χωρίον τοῖς συμμαχήσασι τῶν Μοσσυνοίκων. ὁπόσα δὲ καὶ ἄλλα παρῄεσαν χωρία τῶν σὺν τοῖς πολεμίοις ὄντων, τὰ εὐπροσοδώτατα οἱ μὲν ἔλειπον, οἱ δὲ ἑκόντες προσεχώρουν. τὰ δὲ πλεῖστα τοιάδ᾽ ἦν τῶν χωρίων. ἀπεῖχον ἀλλήλων αἱ πόλεις στάδια ὀγδοήκοντα, αἱ δὲ πλεῖον, αἱ δὲ μεῖον. ἀναβοώντων δὲ ἀλλήλων συνήκουον εἰς τὴν ἑτέραν ἐκ τῆς ἑτέρας πόλεως. οὕτως ὑψηλή τε καὶ κοίλη ἡ χώρα ἦν.

ιη΄. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι ἐν τοῖς φιλίοις ἦσαν, ἐπεδείκνυσαν αὐτοῖς παῖδας τῶν εὐδαιμόνων σιτευτοὺς, τεθραμμένους καρύοις ἑφθοῖς, ἁπαλοὺς καὶ λευκοὺς σφόδρα, καὶ οὐ πολλοῦ δέοντας ἴσους τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος εἶναι, ποικίλους δὲ τὰ νῶτα,

καὶ

do coctis, ut plurimum panis loco veſcebantur. Vinum etiam reperiebatur, quod merum propter auſteritatem videretur acidum eſſe: dilutum vero, fragrans erat, ac dulce.

17. Hoc loco Græci quum pranſi eſſent, ulterius pergebant; oppido Moſynœcis, qui pugnæ ſocii fuerant, tradito. Quæcunque autem oppida, quæ ab hoſtium partibus eſſent, alia præterirent; eorum acceſſu facillima, partim à ſuis deſerebantur, partim ſponte deditionem faciebant. Magna quidem eorum pars hujuſmodi erant. Diſtabant à ſe invicem ſtadiis octoginta, & nonnulla hoc vel majore, vel minore ſpatio. Quod ſi clamorem tollerent, exaudiri ab oppido uno ad alterum uſque poterant. Tam edita erat, & concava regio.

18. Poſteaquam ad fœderatorum fines perventum eſſet, oſtendebantur eis divitum filii ſaginati, qui caſtaneis elixis nutriti eſſent; teneri admodum, & candidi, craſſitie ac longitudine propemodum pari, tergis vario colore diſtinctis,

anteriori-

καὶ τὰ ἔμπροσθεν πάντα ἐστιγμένους [s] ἀνθέμιον. ἐζήτουν δὲ καὶ ταῖς ἑταίραις αἷς ἦγον οἱ Ἕλληνες, ἐμφανῶς συγγινέσθαι. νόμος γὰρ ἦν σφίσιν οὗτος. λευκοὶ δὲ πάντες οἱ ἄνδρες καὶ αἱ γυναῖκες.

ιθʹ. Τούτους ἔλεγον οἱ στρατευσάμενοι βαρβαρωτάτους διελθεῖν, καὶ πλεῖστον τῶν Ἑλληνικῶν νόμων κεχωρισμένους. ἔν τε γὰρ ὄχλῳ ὄντες, ἐποίουν ἅπερ ἄνθρωποι ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν, ἄλλως δὲ οὐκ ἂν τολμῷεν. μόνοι τε ὄντες ὅμοια ἔπραττον, ἅπερ ἂν μετ' ἄλλων ὄντες. διελέγοντό τε ἑαυτοῖς, καὶ ἐγέλων ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ ὠρχοῦντο ἐφιστάμενοι ὅπου τύχοιεν, ὥσπερ ἄλλοις ἐπιδεικνύμενοι.

ΚΕΦ. εʹ.

Διὰ ταύτης τῆς χώρας οἱ Ἕλληνες, διά τε τῆς πολεμίας, καὶ τῆς φιλίας, ἐπορεύθησαν ὀκτὼ σταθμούς, καὶ ἀφικνοῦνται

anterioribuſque partibus univerſis pictura florida diſtinctis. Cupiebant & cum ſcortis, quæ Græci ſecum ducebant, palam conſueſcere. Nam hic illis mos erat. Omnes tam viri quam mulieres, colore erant candido.

19. Atque hos cenſebant, qui huic expeditioni interfuere, maxime barbaros, inter omnes quorum ipſi fines peragraſſent; ac plurimum à moribus Græcorum diffidentes. Nam in hominum turba perpetrabant ea, quæ homines in ſolitudine facere conſueverunt, neque extra ſolitudinem unquam auderent committere: rurſum ſi ſoli eſſent, perinde ſe gerebant, atque ſi cum aliis eſſent. Nam & ipſi ſecum ſoli colloquebantur, ridebant ſecum, tripudiabant ubicunque forte libitum fuiſſet ſubſiſtere, quaſi ſi aliis ſemet oſtentarent.

CAP. V.

Per hanc regionem Græci, tam hoſtilem quam pacatam, profecti, caſtris octavis ad

ται εἰς Χάλυβας. οὗτοι ὀλίγοι ἦσαν, καὶ ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων, καὶ ὁ βίος ἦν τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἀπὸ σιδηρείας.

β'. Ἐντεῦθεν ἀφικνοῦνται εἰς Τιβαρηνούς. ἡ δὲ τῶν Τιβαρηνῶν χώρα πολὺ ἦν πεδινωτέρα, καὶ χωρία εἶχεν ἐπὶ θαλάττῃ ἧττον ἐρυμνά. καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔχρῃζον πρὸς τὰ χωρία προσβάλλειν, καὶ τὴν στρατιὰν ὀνηθῆναί τι. καὶ τὰ ξένια, ἃ ἧκε παρὰ τῶν Τιβαρηνῶν, οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐπιμένειν κελεύσαντες ἔστ' ἐβουλεύσαιντο, ἐθύοντο.

γ'. Καὶ πολλὰ καταθυσάντων, τέλος ἀπεδείξαντο οἱ μάντεις πάντες γνώμην, ὅτι οὐδαμῇ προσίοιντο οἱ θεοὶ τὸν πόλεμον. ἐντεῦθεν δὴ τὰ ξένια ἐδέξαντο, καὶ ὡς διὰ φιλίας πορευόμενοι δύο ἡμέρας, ἀφίκοντο εἰς Κοτύωρα, πόλιν Ἑλληνίδα, Σινωπέων ἀποίκους, οἰκοῦντας ἐν τῇ Τιβαρηνῶν χώρᾳ.

δ'. Μέχρις ἐνταῦθα ἐπέζευσεν ἡ στρατιά. πλῆθος τῆς καταβάσεως τῆς ὁδοῦ ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι μάχης ἄχρι εἰς

Chalybes perveniunt. Erat ea natio non ampla, & Moſynœcorum imperio ſubjecta. Maxima pars gentis ſe ferro fodiendo alebat.

2. Hinc ad Tibarenos perveniunt. Eorum ager multo magis erat campeſtris, & ad mare habebat oppida minus munita. Volebant hæc duces adoriri, ut exercitus commodis quibuſdam potiretur. Itaque hoſpitalia munera, quæ à Tibarenis mittebantur, non recipiebant: ſed juſſis illis expectare, donec conſultaſſent, rem ſacram faciebant.

3. Quum hoſtias complures mactaſſent, tandem univerſi vates hanc ſententiam ſuam aperuerunt, nullo modo bellum hoc Diis probari. Tum deinde dona hoſpitalia ſunt accepta: biduumque veluti pacato in agro quum perrexiſſent, Græcum ad oppidum Cotyora pervenere, Sinopenſium coloniam, Tibarenorum in agro ſitam.

4. Huc uſque Græcorum exercitus pedibus itinera confecit. Atque hoc iter, quo ex Aſia poſt pugnam Babyloniam Cotyora uſque

εἰς Κοτύωρα, σταθμοὶ ἑκατὸν εἴκοσι δύο, παρασάγγαι ἑξακόσιοι εἴκοσι, στάδιοι μύριοι ὀκτακισχίλιοι εἴκοσι· χρόνου πλῆθος, ὀκτὼ μῆνες.

ε΄. Ενταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τετταράκοντα καὶ πέντε. ἐν δὲ ταύταις πρῶτον μὲν τοῖς Θεοῖς ἔθυσαν, καὶ πομπὰς ἐποίησαν κατὰ ἔθνος ἕκαστος τῶν Ελλήνων, καὶ ἀγῶνας γυμνικούς. τὰ δὲ ἐπιτήδεια ἐλάμβανον, τὰ μὲν ἐκ τῆς Παφλαγονίας, τὰ δὲ ἐκ τῶν χωρίων τῶν Κοτυωριτῶν. οὐ γὰρ παρεῖχον ἀγοράν, οὐδ' εἰς τὸ τεῖχος τοὺς ἀσθενοῦντας ἐδέχοντο.

ς΄. Εν δὲ τούτῳ ἔρχονται ἐκ Σινώπης πρέσβεις, φοβούμενοι περὶ τῶν Κοτυωριτῶν τῆς τε πόλεως, (ἦν γὰρ ἐκείνων, καὶ φόρους ἐκείνοις ἔφερον) καὶ περὶ τῆς χώρας, ὅτι ἤκουον δῃουμένην. καὶ ἐλθόντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἔλεγον· (προηγόρει δὲ Εκατώνυμος, δεινὸς νομιζόμενος εἶναι λέγειν.)

ζ΄. „Επεμψεν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἡ τῶν Σινωπέων πόλις, ἐπαινέσοντάς τε ὑμᾶς, ὅτι νικᾶτε Ελληνες

ὄντες

que deſcendere, tantum fuit; ut caſtris CXXII paraſangas ᴊↄCXX abſolverent, [hoc eſt] XVIIICIↄ & XX ſtadia. Temporis ſpatium menſes octo complectebatur.

5. Apud Cotyora XLV dies hæſere, quibus primum omnium ſacra Diis perſoluta, & proceſſus ſolemnes inſtituti, Græcis per ſingulas nationes diſtinctis, itemque ludi gymnici. Commeatum partim è Paphlagonia, partim ex agris Cotyorenſium accipiebant. Nam illi forum rerum venalium nullum ſuppeditabant, nec ægros intra mœnia recipiebant.

6. Hoc ipſo tempore legati Sinope. veniunt. Nam metuebant tum urbi Cotyorenſium, quæ ipſorum eſſet, ac vectigalia eis penderet; tum agro, quem populationibus vexari audierant. Hi quum in caſtra veniſſent, hujuſmodi orationem habuere, pronuntiante illam ante cæteros Hecatonymo, qui valere dicendo exiſtimabatur.

7. Miſit nos, milites, Sinopenſium civitas, partim collaudatum vos, qui quum Græci ſitis,

 bar-

ὄντες βαρβάρους, ἔπειτα δὲ καὶ συνησθησομένους, ὅτι διὰ πολλῶν τε καὶ δεινῶν, ὡς ἡμεῖς ἀκούομεν, πραγμάτων σεσωσμένοι πάρεστε. ἀξιοῦμεν δὲ, Ἕλληνες ὄντες καὶ αὐτοὶ, ὑφ' ὑμῶν ὄντων Ἑλλήνων ἀγαθὸν μέν τι πάσχειν, κακὸν δὲ μηδέν. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποθ' ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες. Κοτυωρῖται δὲ οὗτοι, εἰσὶ μὲν ἡμέτεροι ἄποικοι, καὶ τὴν χώραν ἡμεῖς αὐτοῖς ταύτην παραδεδώκαμεν, βαρβάρους ἀφελόμενοι. διὸ καὶ δασμὸν ἡμῖν φέρουσιν οὗτοι τεταγμένον, καὶ Κερασούντιοι, καὶ Τραπεζούντιοι ὡσαύτως. ὥσθ' ὅ,τι ἂν τούτους κακὸν ποιήσετε, ἡ Σινωπέων πόλις νομίζει πάσχειν. νῦν δὲ ἀκούομεν ὑμᾶς εἴς τε τὴν πόλιν βίᾳ παρεληλυθότας, ἐνίους σκηνοῦν ἐν ταῖς οἰκίαις, καὶ ἐκ τῶν χωρίων λαμβάνειν ὧν ἂν δέησθε, οὐ πείθοντας. ταῦτ' οὖν οὐκ ἀξιοῦμεν. εἰ δὲ ταῦτα ποιήσητε, ἀνάγκη ἡμῖν καὶ Κορύλαν, καὶ Παφλαγόνας, καὶ ἄλλον ὅντινα ἂν δυνώμεθα, φίλον ποιεῖσθαι.,,

η'. Πρὸς

barbaros ſuperaveritis: partim vobis gratulatum, quod è multis ac difficilibus rebus, quemadmodum accepimus, incolumes huc evaſeritis. Cæterum à vobis Græcis nos, & ipſi Græci homines, petimus; uti potius aliquo nos commodo quam detrimento afficiatis. Nec enim unquam ullius erga vos injuriæ auctores extitimus: Hi vero Cotyorenſes à nobis in coloniam deducti ſunt, qui eis etiam hunc agrum barbaris ademtum tradidimus. Qua de cauſſa nobis vectigal conſtitutum perinde, ut Ceraſuntii, & Trapezuntii, pendunt. Quidquid igitur his injuriæ à vobis infertur, id ſibi accedere Sinopenſium reſpublica ducit. Accepimus autem, vos oppidum vi ingreſſos eſſe, ac nonnullis veſtrûm ædes inhabitandas occupaſſe, & ex agris ea, quibus vobis opus ſit, non perſuadendo, ſed vi auferre. Hæc nos haudquaquam æqua cenſemus eſſe. Quod ſi porro committere hujuſmodi perrexeritis, non Corylam ſolum, & Paphlagones, ſed quoſcunq; potuerimus, adjungere nobis cogemur.

8. Ad

η'. Πρὸς ταῦτα ἀναςὰς Ξενοφῶν, ὑπὲρ τῶν ςρατιωτῶν εἶπεν· „Ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Σινωπεῖς, ἥκομεν ἀγαπῶντες, ὅτι τὰ σώματα διεσωσάμεθα καὶ τὰ ὅπλα. οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν ἅμα τε χρήματα ἄγειν καὶ φέρειν, καὶ τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. καὶ νῦν, ἐπειδὴ εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἤλθομεν, ἐν Τραπεζοῦντι μὲν (παρεῖχον γὰρ ἡμῖν ἀγορὰν) ὠνούμενοι εἴχομεν τὰ ἐπιτήδεια, καὶ ἀνθ' ὧν ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ξένια ἔδωκαν τῇ ςρατιᾷ, ἀντετιμῶμεν αὐτούς. καὶ μὴν εἴ τις αὐτοῖς φίλος ἦν τῶν βαρβάρων, τούτων ἀπειχόμεθα· τοὺς δὲ πολεμίους αὐτῶν, ἐφ' οὓς αὐτοὶ ἡγοῖντο, κακὸν ἐποιοῦμεν ὅσον ἐδυνάμεθα. ἐρώτα δὲ αὐτοὺς, ὁποίων τινῶν ἡμῶν ἔτυχον. πάρεισι γὰρ ἐνθάδε, οὓς ἡμῖν ἡγεμόνας διὰ φιλίαν ἡ πόλις συνέπεμψεν.

θ'. Ὅποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν μὴ ἔχωμεν, ἄν τε εἰς βάρβαρον γῆν, ἄν τε εἰς Ἑλληνίδα, οὐχ ὕβρει, ἀλλ' ἀνάγκῃ λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια. καὶ Καρδούχους, καὶ Χαλ-

8. Ad ea ſurgens Xenophon, in hanc ſententiam pro militibus verba fecit: Venimus huc ita, Sinopenſes, ut æqui bonique conſulamus, corpora cum armis conſervaſſe. Nec enim ſimul opes rapere ac ferre potuimus, & adverſus hoſtes pugnare. Poſteaquam vero ad urbes Græcas acceſſimus, apud Trapezuntem, quæ fori nobis copiam faciebat, commeatum pretio redemimus: & quia Trapezuntii nobis honorem exhibuere, miſſis ad exercitum donis hoſpitalibus, nos viciſſim eos honore proſequuti ſumus. Itaque ſi quos barbarorum amicitia ſibi devinctos habebant, ab iis abſtinuimus: hoſtes vero ducibus ipſis adorti, quibuſcunque potuimus damnis affecimus. Tu eos interrogato, quales nos experti fuerint. Adſunt enim hoc ipſo in loco, quos amicitiæ cauſſa nobiſcum urbs ea duces itineris miſit.

9. Quibus autem locis forum nullum reperimus, ſive adeo barbarorum in fines, ſive Græcorum perveniamus; non petulantia, ſed neceſſitate adducti; commeatum ſumimus. Ita Carduchos, & Chal-

Χαλδαίους, καὶ Ταόχους, καὶ τοῦ βασιλέως οὐχ ὑπηκόους ὄντας, ὅμως καὶ μάλα φοβεροὺς ὄντας, πολεμίους ἐκτησάμεθα, διὰ τὸ ἀνάγκην εἶναι λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, ἐπεὶ ἀγορὰν οὐ παρεῖχον. Μάκρωνας δέ γε, καὶ βαρβάρους ὄντας, ἐπεὶ ἀγορὰν οἵαν ἐδύναντο, παρεῖχον, φίλους τε ἐνομίζομεν εἶναι, καὶ βίᾳ οὐδὲν ἐλαμβάνομεν τῶν ἐκείνων.

ι. Κοτυωρίτας δέ, οὓς ὑμετέρους φατὲ εἶναι, εἴ τι αὐτῶν εἰλήφαμεν, αὐτοὶ αἴτιοι εἰσίν. οὐ γὰρ ὡς φίλιοι προσεφέροντο ἡμῖν, ἀλλὰ κλείσαντες τὰς πύλας, οὔτ' εἴσω ἐδέχοντο, οὔτ' ἔξω ἀγορὰν ἔφερον. ἠτιῶντο δὲ τὸν παρ' ὑμῶν ἁρμοστὴν τούτων αἴτιον εἶναι. ὃ δὲ λέγεις, βίᾳ παρελθόντας σκηνοῦν, ἡμεῖς ἠξιοῦμεν τοὺς κάμνοντας εἰς τὰς στέγας δέξασθαι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνέῳγον τὰς πύλας, ᾗ ἡμᾶς οὐκ ἐδέχοντο, αὐτὸ τὸ χωρίον ταύτῃ εἰσελθόντες, ἄλλο μὲν οὐδὲν

βίαιον

Chaldæos, & Taochos, qui neque regis imperio parent, & admodum ſunt formidabiles, nobis hoſtes reddidimus: quod quum fori nobis copiam non concederent, urgente neceſſitate commeatum ſumere cogeremur. Macrones quanquam barbari eſſent, tamen quia forum ejuſmodi, quale quidem poterant, ſubminiſtrabant: amicorum loco duximus, nec quidquam illis vi ademimus.

10. Cotyorenſibus, quos veſtros nuncupatis, ſi quid per nos eſt ademtum, id vero ipſorum eſt culpa factum. Non enim erga nos ſe, tanquam amicos, geſſere: ſed quum portas occluſiſſent, neque nos in oppidum admiſere, neq; forum rerum venalium extra muros inſtituerunt. Et quidem horum omnium culpam in præfectum à vobis datum conferunt. Quod autem ais, nos per vim irrupiſſe, ac jam in oppido degere; petivimus nos, ut ægri ſub tecta reciperentur. Quum vero portas illi non aperirent, ea parte ſumus oppidum ingreſſi, qua illi nos admittere nolebant: ac nihil ſane aliud

violenter

βίαιον ἐποιήσαμεν· σκηνοῦσι δ' ἐν ταῖς στέγαις οἱ κάμνοντες, τὰ ἑαυτῶν δαπανῶντες· καὶ τὰς πύλας φρουροῦμεν, ὅπως μὴ 'πὶ τῷ ὑμετέρῳ ἁρμοστῇ ὦσιν οἱ κάμνοντες ἡμῶν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν ᾖ κομίσασθαι, ὅταν βουλώμεθα. οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ὁρᾶτε, σκηνοῦμεν ὑπαίθριοι ἐν τῇ τάξει, παρεσκευασμένοι, ἂν μέν τις εὖ ποιῇ, ἀντευποιεῖν· ἂν δὲ κακῶς, ἀλέξασθαι.

ια'. Ἃ δὲ ἠπείλησας, ὡς, ἢν ὑμῖν δοκῇ, Κορύλαν καὶ Παφλαγόνας συμμάχους ποιήσεσθε ἐφ' ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ, ἢν μὲν ἀνάγκη ᾖ, πολεμήσομεν καὶ ἀμφοτέροις· (ἤδη γὰρ καὶ ἄλλοις πολλαπλασίοις ὑμῶν ἐπολεμήσαμεν.) ἂν δὲ δοκῇ ἡμῖν ⋆ καὶ φίλον ποιεῖσθαι Κορύλαν, καὶ τὸν Παφλαγόνα ποιούμεθα φίλον. ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ 'πιθυμεῖν τῆς ὑμετέρας πόλεως, καὶ χωρίων τῶν 'πιθαλαττίων. πειρασόμεθα οὖν συμπράττοντες αὐτῷ ὧν 'πιθυμεῖ, φίλοι γενέσθαι. „

ιβ'. Ex

violenter egimus: ſaltem ægri qui ſunt, ipſorum ſub tectis agunt, & quidem ſumtu ſuo: præterea præſidium ad portas habemus, ne noſtri milites ægri, ſint in præfecti veſtri poteſtate; ſed nobis eos arbitratu noſtro exportare, quum volemus, liceat. Cæteri, quemadmodum videtis, ſub dio agimus, & quidem ſinguli ſuos apud ordines; parati ad præſtanda viciſſim iis beneficia, qui bene de nobis merentur: ſin quis per injuriam lædat, ad eam propulſandam.

11. Quod minas tuas attinet, vos, ſi ita videatur, ſocietatem cum Coryla & Paphlagonibus adverſus nos inituros: ſcito nos, ſi neceſſitas ita poſcat, vel cum utriſque bellum geſturos. Nam adverſus copias, quæ veſtris eſſent longe ampliores, jamdudum nobis res fuit. Quod ſi etiam nobis ita videatur, Paphlagonis illius amicitiæ nos adjungemus. Audimus quidem certe, duci hunc cupiditate potiundi tum urbe veſtra, tum locis maritimis. Quare operam dabimus, ut à nobis adjutus in iis, quæ expetit, amicitiæ noſtræ ſe adjungat.

12. Poſtea-

ιβ'. Ἐκ τούτου μάλα μὲν δῆλοι ἦσαν οἱ συμπρέσβεις τῷ Ἑκατωνύμῳ χαλεπαίνοντες τοῖς εἰρημένοις. παρελθὼν δ' αὐτῶν ἄλλος, εἶπεν, ὅτι οὐ πόλεμον ποιησόμενοι ἥκοιεν, ἀλλ' ἐπιδείξοντες, ὅτι φίλοι εἰσί. καὶ ξενίοις, ἢν μὲν ἔλθητε πρὸς τὴν Σινωπέων πόλιν, ἐκεῖ δεξόμεθα· νῦν δὲ τοὺς ἐνθάδε κελεύσομεν διδόναι, ἃ δύνανται. ὁρῶμεν γὰρ πάντα ἀληθῆ ὄντα, ἃ λέγετε.

ιγ'. Ἐκ τούτου ξένιά τε ἔπεμπον οἱ Κοτυωρεῖται, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐξένιζον τοὺς τῶν Σινωπέων πρέσβεις, καὶ πρὸς ἀλλήλους πολλά τε καὶ ἐπιτήδεια διελέγοντο· τά τε ἄλλα, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς πορείας ἐπυνθάνοντο, καὶ ὧν ἑκάτεροι ἐδέοντο.

ΚΕΦ. ϛ'.

ΤΑύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνέλεξαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ ἐδόκει αὐτοῖς περὶ τῆς λοιπῆς πορείας παρακαλέσαντας τοὺς Σινω-

12. Poſteaquam hæc dicta fuiſſent, Hecatonymi in legatione collegæ palam declarabant, permoleſte ſe illa ferre, quæ ab eo fuiſſent prolata. Itaque progreſſus in medium quidam: Non bellum, inquit, denuntiaturi huc venimus, ſed ſignificaturi potius, nos vobis amicos eſſe. Quod ſi ad Sinopenſium urbem acceſſeritis, hoſpitalibus vos donis excipiemus. Interea mandabimus heic noſtris, ut vobis, quarum poterint rerum, copiam faciant. Nam vera eſſe omnia, quæ dicitis, coram videmus.

13. Poſt hæc Cotyorenſes hoſpitalia dona mittunt, & prætores Græcorum cum legatis Sinopenſium, hoſpitaliter exceptis, multa colloquebantur, & benevolentiæ plena. Inter alia de itinere, quod reſtaret, interrogabant: deque univerſis, quæ eſſent utriſque ex uſu.

CAP. VI.

HOc pacto quum is dies exactus eſſet, poſtridie militem prætores cogunt; viſumque fuit, ut de reliquo itinere Sinopenſibus

Σινωπέας βουλεύεσθαι. εἴτε γὰρ πεζῇ δέοι πορεύεσθαι, χρήσιμοι ἂν ἐδόκουν εἶναι οἱ Σινωπεῖς ἡγούμενοι (ἔμπειροι γὰρ ἦσαν τῆς Παφλαγονίας) εἴτε κατὰ θάλατταν, προσδεῖν ἐδόκει Σινωπέων. μόνοι γὰρ ἐδόκουν ἱκανοὶ εἶναι πλοῖα παρασχεῖν ἀρκοῦντα τῇ στρατιᾷ. καλέσαντες οὖν τοὺς πρέσβεις συνεβουλεύοντο, καὶ ἠξίουν Ελληνας ὄντας Ελλησι τούτῳ πρῶτον καλῶς δέχεσθαι, τῷ εὔνους τε εἶναι καὶ τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν.

β'. Ἀναστὰς δὲ Ἑκατώνυμος, πρῶτον μὲν ἀπελογήσατο περὶ οὗ εἶπεν, ὡς τὸν Παφλαγόνα φίλον ποιήσοιντο, ὅτι οὐχ ὡς τοῖς Ελλησι πολεμησόντων σφῶν εἴποι, ἀλλ' ὅτι ἐξὸν τοῖς βαρβάροις φίλους εἶναι, τοὺς Ελληνας αἱρήσονται. ἐπεὶ δὲ συμβουλεύειν ἐκέλευον, ἐπευξάμενος ὧδε εἶπεν·

γ'. "Εἰ μὲν συμβουλεύοιμι ἃ βέλτιστά μοι δοκεῖ εἶναι, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο· εἰ δὲ μή, τἀναντία. αὕτη

γὰρ

penſibus arceſſitis deliberarent. Nam ſive pedibus iter conficiundum eſſet, ex re ſua futurum putabant, ſi Sinopenſes viæ duces haberent, quibus eſſet cognita Paphlagonia: ſive mari mallent, deſideraturi Sinopenſium opem videbantur, quibus ſolis eſſet tot naves ſuppeditandi facultas, quot exercitui ſufficerent. Itaque legatis arceſſitis conſultabát, rogabantque, ut, Græci quum eſſent, Græcis tum primum benevolentiâ atque conſiliis non deeſſent.

2. Tum Hecatonymus aſſurgit, & ab ſe dicta de amicitia cum Paphlagone ineunda purgat: non ita ſe loquutum eſſe, quaſi bellum adverſus Græcos ipſi geſturi eſſent; ſed quod, quum ipſorum in poteſtate ſit, amicitia barbarorum frui, Græcos tamen iis ſunt antelaturi. Quum autem conſilium ſuum exponere juſſus eſſet, primum precatus Deos, in hanc ſententiam verba fecit:

3. Si vobis id conſilii dedero, quod animo meo viſum fuerit factu optimum, multa mihi proſpera eveniant: ſin autem, diverſa. Nam

heic

γὰρ ἡ ἱερὰ συμβουλὴ λεγομένη εἶναι δοκεῖ μοι παρεῖναι. νῦν γάρ, ἂν μὲν εὖ συμβουλεύσας φανῶ, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ ἐπαινοῦντές με· ἂν δὲ κακῶς, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι. πράγματα μὲν οὖν οἶδ' ὅτι πολὺ πλείω ἕξομεν, ἐὰν κατὰ θάλατταν κομίζησθε· ἡμᾶς γὰρ δεήσει τὰ πλοῖα πορίζειν. ἢν δὲ κατὰ γῆς στέλλησθε, ὑμᾶς δεήσει τοὺς μαχομένους εἶναι. ὅμως δὲ λεκτέα, ἃ γιγνώσκω. ἔμπειρος γάρ εἰμι καὶ τῆς χώρας τῆς Παφλαγόνων, καὶ τῆς δυνάμεως. ἔχει γὰρ ἡ χώρα ἀμφότερα, καὶ πεδία κάλλιστα, καὶ ὄρη ὑψηλότατα. καὶ πρῶτον μὲν οἶδα εὐθὺς ὅπου τὴν εἰσβολὴν ἀνάγκη ποιεῖσθαι. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλῃ, ἢ ᾗ τὰ κέρατα τῆς ὁδοῦ τοῦ ὄρους καθ' ἑκάτερά ἐστιν ὑψηλά· ἃ κρατεῖν κατέχοντες καὶ πάνυ ὀλίγοι δύναιντ' ἄν. τούτων δὲ κατεχομένων, οὐδ' ἂν οἱ πάντες ἄνθρωποι δύναιντο διελθεῖν. ταῦτα δὲ καὶ δείξαιμι ἄν, εἴ μοι τινὰ βούλεσθε συμπέμψαι. ἔπειτα δὲ οἶδα πεδία ὄντα, καὶ ἱππείαν, ἣν αὐτοὶ οἱ βάρβαροι νομίζουσι

heic agi de conſilio mihi videtur, quod ſacrum dici ſolet. Etenim ſi recte conſuluiſſe viſus fuero, multi numero eritis, qui me eſtis prædicaturi : ſin male, multi me execrabimini. Non ignoro equidem, longe nos plus moleſtiæ habituros, ſi navigiis domum revehemini : quippe nos vobis ea ſuppeditemus, neceſſe erit : Sin autem terra proficiſcemini, vobis ſcilicet prœliandi neceſſitas incumbet. Enimvero dicendum nihilominus eſt, quod ſentio. Nam & Paphlagonum regio, & vires mihi notæ ſunt. Habet hæc utraque ſimul iſta regio, tum campos pulcherrimos, tum altiſſimos montes. Ante omnia ſcio, qua parte vos eam ingredi neceſſe ſit : nimirum alia nulla, quam qua via per montem ducens utrinque habet ardua quædam quaſi cornua. Hæc ſi qui occupēt, vel pauci tueri poſſint. Eadem ſi teneantur, ne quidem cæteri homines univerſi tranſire queant. Demonſtrari hæc à me poterint, ſi quem mecum ad ea loca miſeritis. Deinde novi, cætera non niſi plana eſſe : novi equeſtres copias, quas ipſi etiam barbari

universo

νομίζουσι κρείττω εἶναι ἁπάσης τῆς βασιλέως ἱππείας. καὶ νῦν οὗτοι οὐ παρεγένοντο βασιλεῖ καλοῦντι· ἀλλὰ καὶ μεῖζον φρονεῖ ὁ ἄρχων αὐτῶν. ἢν δὲ καὶ δυνηθῆτε τά τε ὄρη κλέψαι, ἢ φθάσαι λαβόντες, καὶ ἐν τῷ πεδίῳ κρατῆτε μαχόμενοι τούς τε ἱππέας τούτους καὶ πεζοὺς, μυριάδας πλέον ἢ δώδεκα, ἥξετε ἐπὶ ποταμοὺς, πρῶτον μὲν τὸν Θερμώδοντα, εὖρος τριῶν πλέθρων· ὃν χαλεπὸν οἶμαι διαβαίνειν, ἄλλως τε καὶ πολεμίων πολλῶν μὲν ἔμπροσθεν ὄντων, πολλῶν δὲ ὄπισθεν ἑπομένων· δεύτερον δ' * Ἶριν, τρίπλεθρον ὡσαύτως· τρίτον δὲ Αλυν, οὐ μεῖον δυοῖν σταδίοιν, ὃν οὐκ ἂν δυνήσθε ἄνευ πλοίων διαβῆναι. πλοῖα δέ τις ἔσται ὁ παρέχων; ὡς δ' αὔτως καὶ ὁ Παρθένιος ἄβατος, ἐφ' ὃν ἔλθοιτε ἂν, εἰ τὸν Αλυν τοῦτον διαβαίητε. ἐγὼ μὲν οὖν οὐ χαλεπὴν ὑμῖν εἶναι νομίζω τὴν πορείαν, ἀλλὰ παντάπασιν ἀδύνατον. ἂν δὲ

univerſo regis equitatu potiores ducunt. Atque hoc adeo tempore vocati à rege, non ſunt ad ipſum profecti: & majores etiam ſpiritus princeps ipſorum gerit. Quod ſi maxime poteritis vel montes furtim occupare, vel ipſos in occupando antevertere, atque etiam in planitie peditatum & equitatum horum, qui cxxcıɔ ſuperat, prœlio viceritis: ad amnes pervenietis, ac primum omnium Thermodontē, cujus eſt trium plethrorum latitudo. Hunc equidem magna cum difficultate trajici poſſe arbitror, præſertim ſi magnæ hoſtium copiæ partim à fronte ſint, partim à tergo ſequantur. Alter amnis erit Iris, trium & ipſe plethrorum latitudine. Tertius, Halys, qui quum duûm ſtadiorum latitudinem habeat, trajici à vobis abſque navibus haudquaquam poterit. At vero quis navium vobis copiam faciet? Itidem & Parthenius tranſiri non poterit, ad quem veniendum vobis erit, poſteaquam Halym trajeceritis. Quapropter equidem ſtatuo, non iter hoc difficile vobis fore; ſed prorſus à vobis perfici non poſſe.

δὲ πλέητε, ἔστιν ἐνθένδε μὲν εἰς Σινώπην παραπλεῦσαι, ἐκ Σινώπης δὲ εἰς Ἡράκλειαν· ἐξ Ἡρακλείας δὲ οὔτε πεζῇ, οὔτε κατὰ θάλατταν ἀπορία. πολλὰ γάρ ἐστι πλοῖα ἐν Ἡρακλείᾳ.,,

δ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔλεξεν, οἱ μὲν ὑπώπτευον φιλίας ἕνεκα τῆς εἰς Κορύλαν λέγειν, (καὶ γὰρ ἦν πρόξενος αὐτῷ) οἱ δὲ καὶ ὡς δῶρα ληψόμενον διὰ τὴν συμβουλὴν ταύτην. οἱ δ' ὑπώπτευον καὶ τούτου ἕνεκα λέγειν, ὡς μὴ πεζῇ ἰόντες τὴν Σινωπέων χώραν κακόν τι ἐργάζοιντο. οἱ δ' οὖν Ἕλληνες ἐψηφίσαντο κατὰ θάλατταν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι.

ε'. Μετὰ ταῦτα Ξενοφῶν εἶπεν· Ὦ Σινωπεῖς, οἱ μὲν ἄνδρες ᾕρηνται πορείαν, ἣν ὑμεῖς συμβουλεύετε. οὕτω δ' ἔχει, εἰ μὲν μέλλει πλοῖα ἔσεσθαι ἱκανὰ, ὡς ἀριθμῷ ἕνα μὴ καταλείπεσθαι ἐνθάδε, ἡμεῖς ἂν πλέοιμεν· εἰ δὲ μέλλοιμεν οἱ μὲν καταλείψεσθαι, οἱ δὲ πλεύσεσθαι, οὐκ ἂν ἐμβαίημεν εἰς τὰ πλοῖα. γιγνώσκομεν

γὰρ,

ſe. Jam ſi navigetis, licebit hinc Sinopen navigio perveniatis, inde Heracleam. Hinc nulla vobis erit difficultas reliqua, ſive adeo mari, ſive pedeſtri itinere lubitum fuerit pergere. Quippe navibus ea civitas abundat.

4. Hæc ubi protuliſſet, alii ſuſpicabantur ea dici propter amicitiam Corylæ, cujus erat hoſpes: alii, quod hujus conſilii dati nomine munera eſſet accepturus. Nonnulli fuere, qui ſuſpicarentur hac etiam de cauſſa fuiſſe ab ipſo hujuſmodi prolata, ne Sinopenſium ager detrimento afficeretur, ſi per eum pedeſtri itinere Græci tranſirent. Tandem à Græcis decretum factum eſt, mari hoc iter conficiundum.

5. Secundum hæc Xenophon in hanc ſententiam loquutus eſt: Aſſenſi ſunt, Sinopenſes, in itinere deligendo milites noſtri conſilio veſtro: ita tamen, ut ſi tanta erit navium copia, quo ne unus quidem heic relinquatur, navigemus: ſin alii noſtrûm relinquentur, aliis navigantibus, nequaquam naves conſcendemus. Non enim futurum

rum

γὰρ, ὅτι ὅπου μὲν ἂν κρατῶμεν, δυναίμεθ' ἂν καὶ σώζεσθαι, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν· εἰ δέ που ἥττους τῶν πολεμίων ληφθησόμεθα, εὔδηλον δὴ ὅτι ἐν ἀνδραπόδων χώρᾳ ἐσόμεθα.

ϛ'. Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ πρέσβεις, πέμπειν ἐκέλευον πρέσβεις. καὶ πέμπουσι Καλλίμαχον Ἀρκάδα, καὶ Ἀρίστωνα Ἀθηναῖον, καὶ Σαμόλαν Ἀχαιόν· καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο.

ζ'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, Ξενοφῶντι, ὁρῶντι μὲν πολλοὺς ὁπλίτας τῶν Ἑλλήνων, ὁρῶντι δὲ πολλοὺς πελταστὰς, πολλοὺς δὲ καὶ τοξότας, καὶ σφενδονήτας, καὶ ἱππέας δὲ, καὶ μάλα ἤδη διὰ τὴν τριβὴν ἱκανοὺς ὄντας ἐν τῷ Πόντῳ, ἔνθα οὐκ ἂν ἀπ' ὀλίγων χρημάτων τοσαύτη δύναμις παρεσκευάσθη, καλὸν αὐτῷ ἐδόκει εἶναι καὶ χώραν καὶ δύναμιν τῇ Ἑλλάδι προσκτήσασθαι, πόλιν κατοικίσαντας. καὶ γενέσθαι ἂν ἐδόκει αὐτῷ μεγάλη, καταλογιζομένῳ τό, τε αὐτῶν πλῆθος, καὶ τοὺς περιοικοῦντας τὸν Πόντον.

η'. Καὶ

rum ignoramus, ut ubicunque potiores fuerimus, & ſalvi eſſe, & commeatum habere poſſimus: ſin alicubi hoſtibus inferiores deprehendamur, cuivis facile patet, mancipiorum nos conditione futuros.

6. Hæc ubi Sinopenſes audiiſſent, mitti legatos jubent. Miſſi Callimachus Arcas, Ariſto Athenienſis, & Samolas Achæus Sinopen profecti ſunt.

7. Interea Xenophon, & peditum gravis armaturæ Græcorum multitudinem intuens, & cetratorum multitudinem, & ſagittariorum, & funditorum, & equitum, qui propter uſum belli peridonei eſſent in Ponto: quo loco exiguis impenſis comparari tantus exercitus non potuiſſet: rem fore præclaram exiſtimabat, ſi deducta colonia & agri alicujus, & potentiæ acceſſione Græciam amplificaret. Atque ea colonia futura ipſi magna videbatur, expendenti Græcorum multitudinem, & eorum, qui paſſim Pontum incolerent.

8. Hanc

η'. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐθύετο, πρὶν τινι εἰπεῖν τῶν στρατιωτῶν, Σιλανὸν παρακαλέσας τὸν Κύρου μάντιν γενόμενον, τὸν Ἀμβρακιώτην. ὁ δὲ Σιλανὸς, δεδιὼς μὴ γένοιτο ταῦτα, καὶ καταμείνειέ που ἡ στρατιὰ, ἐκφέρει εἰς τὸ στράτευμα λόγον, ὅτι Ξενοφῶν βούλεται καταμεῖναι τὴν στρατιὰν, καὶ πόλιν οἰκίσαι, καὶ ἑαυτῷ ὄνομα καὶ δύναμιν περιποιήσασθαι. αὐτὸς δὲ ὁ Σιλανὸς ἐβούλετο ὅτι τάχιστα εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀφικέσθαι. οὓς γὰρ παρὰ Κύρου ἔλαβε τρισχιλίους Δαρεικοὺς, ὅτε [t] τὰς δέκα ἡμέρας ἠλήθευσε θυόμενος Κύρῳ, διεσεσώκει.

θ'. Τῶν δὲ στρατιωτῶν, ἐπεὶ ἤκουσαν, τοῖς μὲν ἐδόκει βέλτιστον εἶναι καταμεῖναι, τοῖς δὲ πολλοῖς, οὔ. Τιμασίων δὲ ὁ Δαρδανεὺς, καὶ Θώραξ ὁ Βοιώτιος, πρὸς ἐμπόρους τινὰς παρόντας τῶν Ἡρακλεωτῶν καὶ Σινωπέων, λέγουσιν, ὅτι εἰ μὴ ἐκποριοῦσι τῇ στρατιᾷ μισθὸν, ὥστε ἔχειν τὰ 'πιτήδεια ἐκπλέοντας, ὅτι κινδυνεύσει μεῖναι τοσαύτη

8. Hanc ob cauſſam exta conſulebat, arceſſito Silano Ambraciota, quo Cyrus vate fuerat uſus: antequam animi ſui inſtitutum ulli militum aperiret. Is vero metuens, ne res ita conficeret, ut iſtic maneret exercitus; auctor rumoris in caſtris extitit, velle Xenophontem iſtic exercitum manere, urbem extruere, ſibi nomen ac potentiam comparare. Cupiebat autem Silanus primo quoque tempore in Græciam redire, quod hactenus Daricorum illa ɪɪɪɪcɪↄ conſervaſſet, quæ id temporis à Cyro acceperat, quum ejus nomine conſulens exta, de diebus decem vera prædixiſſet.

9. Poſteaquam res ad milites delata eſſet, aliis viſum eſt optimum, in Ponto manere; aliis non viſum, quorum erat major numerus. Timaſio quidem Dardanenſis, ac Thorax Bœotius, cum mercatoribus quibuſdam Heracleenſibus & Sinopenſibus, qui ad exercitum erant, congreſſi; periculum fore aiebant, ut niſi ſtipendium exercitui darent, quo parare commeatum navigaturi poſſent, tantæ in

Ponto

τοσαύτη δύναμις ἐν τῷ Πόντῳ. βουλεύεται γὰρ Ξενοφῶν, καὶ ἡμᾶς παρακαλεῖ, ἐπειδὰν ἔλθῃ τὰ πλοῖα, τότ' εἰπεῖν ἐξαίφνης τῇ στρατιᾷ·

ι'. Ἄνδρες, νῦν μὲν ὁρῶμεν ὑμᾶς ἀπόρους ὄντας, καὶ ἐν τῷ ἀπόπλῳ ἔχειν τὰ ἐπιτήδεια, καὶ οἴκαδε ἀπελθόντας ὀνῆσαί τι τοὺς οἴκοι. εἰ δὲ βούλεσθε τῆς κύκλῳ χώρας περὶ τὸν Πόντον οἰκουμένης ἐκλεξάμενοι ὅπῃ ἂν βούλησθε κατασχεῖν, καὶ τὸν μὲν θέλοντα, ἀπιέναι οἴκαδε, τὸν δὲ ἐθέλοντα, μένειν αὐτοῦ, πλοῖα δὲ ὑμῖν πάρεστιν, ὥστε ὅπῃ βούλεσθε ἐξαίφνης ἂν ἐπιπέσοιτε.

ια'. Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἔμποροι ἀπήγγελον ταῖς πόλεσι· συνέπεμψε δ' αὐτοῖς Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς Ἐρύμαχόν τε τὸν Δαρδανέα, καὶ Θώρακα τὸν Βοιώτιον, τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐροῦντας. Σινωπεῖς δὲ καὶ Ἡρακλεῶται ἀκούσαντες, πέμπουσι πρὸς Τιμασίωνα, καὶ κελεύουσι προστατεῦσαι, λαβόντα χρήματα, ὅπως ἐκπλεύσῃ

Ponto copiæ manerent. Nam Xenophon, inquiunt, hoc habet conſilii, noſque etiam hortatur, ut poſteaquam adducta navigia fuerint, ſubito in hanc ſententiam cum militibus agamus:

10. Videmus jam vos, milites, præ inopia neque commeatum, quum è portu ſolvendum erit, habere poſſe; neque domum reverſos commodi quidquam veſtris præſtare. Quod ſi vobis libet agrúm aliquem in hoc Ponti ambitu, quemcunque tandem deligere viſum fuerit, occupare; ac deinde domum proficiſcendi, ſi qui ita velint, vel heic manendi copiam militibus facere: naves jam nobis præſto ſunt, quibus in quamcunque partem voletis, ſubito licebit impetum facere.

11. Hæc quum mercatores illi audiiſſent, ad ſuos referunt: adjungente ipſis Timaſione Dardanenſi Erymachum civẽ ſuum, & Thoracem Bœotium, qui eadem hæc eis exponerent. Sinopenſes & Heraclienſes re cognita, mittunt ad Timaſionem, ac denuntiant: cupere ſe, ut ipſe accepta pecunia exercitui

πλεύσῃ ἡ στρατιά. οἱ δὲ, ἄσμενος ἀκούσας, ἐν συλλόγῳ τῶν στρατιωτῶν ὄντων λέγει τάδε·

ιβ΄. "Οὐ δεῖ προσέχειν μονῇ, ὦ ἄνδρες, οὐδὲ τῆς Ἑλλάδος οὐδὲν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι. ἀκούω δέ τινας θύεσθαι ἐπὶ τούτῳ, οὐδ᾽ ὑμῖν λέγοντας. ὑπισχνοῦμαι δὲ ὑμῖν, ἐὰν ἐκπλέητε ἀπὸ νουμηνίας, μισθοφορὰν παρέξειν ὑμῖν Κυζικηνὸν ἑκάστῳ τοῦ μηνός. καὶ ἄξω ὑμᾶς εἰς τὴν Τρῳάδα, ἔνθεν καὶ εἰμὶ φυγάς. καὶ ὑπάρξει ὑμῖν ἡ ἐμὴ πόλις. ἑκόντες γάρ με δέξονται. ἡγήσομαι δὲ αὐτὸς ἐγὼ ἔνθεν πολλὰ χρήματα λήψεσθε. ἔμπειρος δέ εἰμι τῆς Αἰολίδος, καὶ τῆς Φρυγίας, καὶ τῆς Τρῳάδος, καὶ τῆς Φαρναβάζου ἀρχῆς πάσης, τῆς μὲν, διὰ τὸ ἐκεῖθεν εἶναι, τῆς δὲ διὰ τὸ ἐστρατεῦσθαι ἐν αὐτῇ σὺν Κλεάρχῳ τε καὶ Δερκυλλίδᾳ.

ιγ΄. Ἀναστὰς δ᾽ εὐθὺς Θώραξ ὁ Βοιώτιος, ὃς ἀεὶ περὶ στρατηγίας Ξενοφῶντι ἐμάχετο, ἔφη· εἰ ἐξέλθοιεν ἐκ

citui auctor eſſet navigandi è Ponto. Ille vero libenter iis auditis, quo tempore comitia milites habebant, hac ad ipſos oratione uſus eſt:

12. Non eſt, milites, quod de manſione cogitemus, neque quod quidquam Græcia potius ducamus. Nihilominus quoſdam audio, re vobiſcum non communicata, de hoc exta conſulere. Quod ſi vos ab interlunio ſolveritis, equidem vobis ſtipendium menſtruum in ſingulos Cyzicenum unum polliceor. Ducam autem vos in Troadem, unde jam exulo: & præſto vobis erit patria mea, quæ me lubenter excipiet. Quinetiam vobis ad ea loca ductor ero, unde magnam pecuniæ vim conſequemini. Nota mihi Æolum regio eſt, nota Phrygia, Troas, univerſa Pharnabazi præfectura: illa quidem, quod inde ſim oriundus; hæc vero, quod iſtic Clearcho & Dercyllida ducibus ſtipendia fecerim.

13 Ibi tum ſurgens ſtatim Thorax Bœotius, cui ſemper de munere prætoris cum Xenophonte fuerat contentio, habituros ait Cher-

ἐκ τοῦ Πόντου, ἔσεσθαι αὐτοῖς Χερρόνησον, χώραν καλὴν καὶ εὐδαίμονα· ὥστε τῷ βουλομένῳ, ἐνοικεῖν, τῷ δὲ μὴ βουλομένῳ, ἀπιέναι οἴκαδε. γελοῖον δ' εἶναι, ἐν τῇ Ἑλλάδι οὔσης χώρας πολλῆς καὶ ἀφθόνου, ἐν τῇ βαρβάρων μαστεύειν. ἔς τε δ' ἄν, ἔφη, ἐκεῖ γένησθε, κἀγώ, καθάπερ Τιμασίων, ὑπισχνοῦμαι ὑμῖν τὴν μισθοφοράν.

ιδʹ. Ταῦτα δ' ἔλεγεν, εἰδὼς ἃ Τιμασίωνι οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Σινωπεῖς ἐπαγγέλλοιντο ὥστε ἐκπλεῖν. ὁ δὲ Ξενοφῶν ἐν τούτῳ ἐσίγα. ἀναστὰς δὲ Φιλήσιος καὶ Λύκων οἱ Ἀχαιοί, ἔλεγον, ὡς δεινὸν εἴη, ἰδίᾳ μὲν Ξενοφῶντα πείθειν τε καταμένειν, καὶ θύεσθαι ὑπὲρ τῆς μονῆς, μὴ κοινοῦντα τῇ στρατιᾷ· εἰς δὲ κοινὸν μηδὲν ἀγορεύειν περὶ τούτων. ὥστε ἠναγκάσθη ὁ Ξενοφῶν ἀναστῆναι, καὶ εἶπεν τάδε·

ιεʹ. "Ἐγώ, ὦ ἄνδρες, θύομαι μέν, ὡς ὁρᾶτε, ὁπόσα

Cherſoneſum, regionem fertilem & opulentam, ſi è Ponto exirent. Itaque ſi quibus ita libeat, iſtic haberi ſedes poſſe: ſin qui ab hoc conſilio abhorreant, in patriam eos poſſe pergere. Per autem ridiculum eſſe, barbara in regione agrum quærere, quum & amplus & uberrimus ipſa in Græcia haberi poſſit. Eo donec perveneritis, etiam ipſe Timaſionis exemplo ſtipendium vobis polliceor.

14. Hæc Thorax addebat idcirco, quod non ignoraret, quid ab Heraclienſibus & Sinopenſibus Timaſioni promiſſum eſſet, ſi permoviſſet Græcos, ut navigiis è Ponto diſcederent. Dum hæc dicerentur, ſilebat Xenophon. Tum vero ſurgentes Achæi duo, Phileſius & Lyco, grave quiddam aiebant eſſe, Xenophontem privatim & ſuaſorem eſſe manendi, & exta conſulere de manſione, re cum exercitu non communicata: jam publice de his nihil omnino proloqui. Quibus verbis coactus eſt Xenophon, ut ſurgeret, & hac oratione uteretur:

15. Equidem, milites, quantum poſſum

σα δύναμαι, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ὅπως ταῦτα τυγχάνω καὶ λέγων καὶ νοῶν καὶ πράττων, ὁποῖα μέλλει τε ὑμῖν κάλλιστα καὶ ἄριστα ἔσεσθαι, καὶ ἐμοί. καὶ νῦν ἐθυόμην περὶ αὐτοῦ τούτου, εἰ ἄμεινον εἴη ἄρχεσθαι λέγειν εἰς ὑμᾶς καὶ πράττειν περὶ τούτων, ἢ παντάπασι μηδ' ἅπτεσθαι τοῦ πράγματος.

ιϛ'. Σιλανὸς δέ μοι ὁ μάντις ἀπεκρίνατο, τὸ μὲν μέγιστον, τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι· (ᾔδει γὰρ καὶ ἐμὲ οὐκ ἄπειρον ὄντα, διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς) ἔλεξε δὲ, ὅτι ἐν τοῖς ἱεροῖς φαίνοιτό τις δόλος καὶ ἐπιβουλὴ ἐμοί· ὀρθῶς ἄρα γιγνώσκων, ὅτι αὐτὸς ἐπεβούλευε διαβάλλειν με πρὸς ὑμᾶς. ἐξήνεγκε γὰρ τὸν λόγον, ὡς ἐγὼ πράττειν ταῦτα διανοοίμην ἤδη, οὐ πείσας ὑμᾶς.

ιζ'. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ ἀποροῦντας ὑμᾶς ἑώρων, τοῦτ' ἂν ἐσκόπουν, ἀφ' οὗ ἂν γένοιτο, ὥστε λαβόντας ὑμᾶς πόλιν, τὸν μὲν βουλόμενον ἀποπλεῖν ἤδη, τὸν δὲ

• μὴ

possum exta consulo, quemadmodum ipsi videtis, tum vestro, tum meo nomine; ut ea loquar, cogitem, geram, quæcunque tam vobis quam mihi futura sint maxime honesta & laudibilia. Atque adeo nunc hac ipsa de caussa consulebam exta, num potius esset, me initium loquendi & agendi vobiscum de his rebus facere; an omnino negotium hoc ne quidem attingere.

16. Vates quidem certe Silanus respondebat, exta, quod maximum est, perpulchra conspici. Norat enim, me quoque hac in parte non esse rudem, qui semper sacris adesse consueverim. Addebat, in extis significari fraudem & insidias adversum me. Nimirum recte judicabat, qui secum per insidias me apud vos criminari constituisset. Nam eum rumorem sparsit, quasi ego hæc jam facere cogitem, vobis in sententiam meam suadendo non perductis.

17. Ego vero si vos inopia rerum laborare viderem, eo cogitationes meas referrem, quo pacto fieri, ut à vobis urbe aliqua capta, qui vellet, jamjam discederet:

μὴ βουλόμενον, ἐπεὶ κτήσαιτο ἱκανά, ὥστε καὶ τοὺς ἑαυτοῦ οἰκείους ὠφελῆσαί τι. ἐπεὶ δὲ ὁρῶ ὑμῖν καὶ τὰ πλοῖα πέμποντας Ἡρακλεώτας καὶ Σινωπέας, καὶ μισθὸν ὑπισχνουμένους * ὑμῖν ἄνδρας ἀπὸ νουμηνίας, καλόν μοι δοκεῖ εἶναι σωζομένους ἔνθα βουλόμεθα, μισθὸν τῆς πορείας λαμβάνειν· καὶ αὐτός τε ἀναπαύομαι ἐκείνης τῆς διανοίας, καὶ ὁπόσοι πρὸς με προσῄεσαν, λέγοντες, ὡς χρὴ ταῦτα πράττειν, ἀναπαύσασθαί φημι χρῆναι.

ιη'. Οὕτω γὰρ γιγνώσκω. Ὁμοῦ μὲν γὰρ ὄντες πολλοί, ὥσπερ νυνί, δοκεῖτε ἄν μοι καὶ ἔντιμοι εἶναι, καὶ ἔχειν τὰ ἐπιτήδεια. ἐν γὰρ τῷ κρατεῖν, ἐστὶ καὶ τὸ λαμβάνειν τὰ τῶν ἡττωμένων. διασπασθέντες δέ, καὶ κατὰ μικρὰ γενομένης τῆς δυνάμεως, οὔτ' ἂν τροφὴν δύναισθε λαμβάνειν, οὔτε χαίροντες ἂν ἀπαλλάξητε.

ιθ'. Δοκεῖ οὖν μοι ἅπερ ὑμῖν, ἐκπορεύεσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα· καὶ ἄν τις μένῃ, ἢ ἀπολιπών τι ληφθῇ,

deret : qui nollet, comparatis prius iis rebus, quibus ſuos etiam juvare nonnihil poſſet, abiret. Nunc quando mitti vobis ab Heracleenſibus ac Sinopenſibus navigia video, atque etiam nonnullos ab interlunio ſtipendium vobis polliceri : bonum eſſe arbitror, nos ſimul incolumes eo pervenire, quo volumus, & mercedem etiam itineris accipere. Quapropter non ipſe ſolum hanc cogitationẽ omitto, ſed ab ea deſiſtendum iis etiam aio, qui me hâc de re conveniebant.

18. Sic enim ſtatuo, ſi multi una ſimus, uti nunc ſumus, magno nos in honore futuros, atque etiam commeatu non carituros. Nam rerum potiri, hoc etiam habet; ut eorum, qui victi ſunt, facultates ad victores tranſeant. Sin divellamini, & copiæ veſtræ in exiguas turmas redigantur : neque alimenta parare poteritis, neque hinc ex animi ſententia diſcedere.

19. Quapropter equidem perinde ac vos, in Græciam pergendum arbitror; illatæque injuriæ damnandum eum, qui vel manſerit,

ληφθῇ, πρὶν ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι πᾶν τὸ στράτευμα, κρίνεσθαι αὐτὸν ὡς ἀδικοῦντα. καὶ ὅτῳ δοκεῖ, ἔφη, ταῦτα, αἱρέτω τὴν χεῖρα.,,

κ'. Ἀνέτειναν πάντες. ὁ δὲ Σιλανὸς ἐβόα, καὶ ἐπεχείρει λέγειν, ὡς δίκαιον εἴη ἀπιέναι τὸν βουλόμενον. οἱ δὲ στρατιῶται οὐκ ἠνείχοντο, ἀλλ᾽ ἠπείλουν αὐτῷ, εἰ λήψονται ἀποδιδράσκοντα, ὅτι τὴν δίκην ἐπιθήσοιεν.

κα'. Ἐντεῦθεν, ἐπεὶ ἔγνωσαν οἱ Ἡρακλεῶται, ὅτι ἐκπλεῖν δεδογμένον εἴη, καὶ Ξενοφῶν αὐτὸς ἐπεψηφικὼς εἴη, τὰ μὲν πλοῖα πέμπουσι, τὰ δὲ χρήματα, ἃ ὑπέσχοντο Τιμασίωνι καὶ Θώρακι, ἐψευσμένοι ἦσαν τῆς μισθοφορᾶς.

κβ'. Ἐνταῦθα ἐκπεπληγμένοι ἦσαν, καὶ ἐδεδίεσαν τὴν στρατιὰν οἱ τὴν μισθοφορὰν ὑπεσχημένοι. καὶ παραλαβόντες οὗτοι καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς, οἷς ἀνεκεκοίνωντο ἃ πρόσθεν ἔπραττον, (ἅπαντες ἦσαν, πλὴν Νέωνος τοῦ * Ἀσιναίου, ὃς Χειρισόφῳ ὑπεστρατήγει, Χειρί-

ſerit, vel ſuos prius deſerere deprehenſus fuerit, quam totus exercitus in tuto conſtiterit. Quiſquis hujus eſt ſententiæ, manum tollat.

20. Heic quum omnes manum ſuſtuliſſent, Silanus magno cum clamore dicere conabatur, æquum eſſe, ut ei, qui vellet, diſcedendi facultas eſſet. Non ferebant hoc milites, atque etiam minabantur, ſe in eum animadverſuros, ſi fugam ipſum moliri deprehenderent.

21. Ex eo tempore, quum Heraclienſes intellexiſſent, decretum de navigatione factum eſſe, quod ſuffragio ſuo Xenophon etiam comprobaſſet: navigia quidem illi mittunt, ſed de pecunia militi danda in ſtipendium, quam Timaſioni ac Thoraci promiſerant, plane ſpem horum fallunt.

22. Tum vero illi, qui ſtipendium polliciti fuerant, territi, metuere ſibi ab exercitu cœperunt. Quare aſſumtis hi cæteris etiam prætoribus, quibuſcum ea communicata erant, quæ prius geſſerant, (& erant horum in numero omnes, extra unum Neonem Aſinenſem, qui tunc adhuc abſentis Cheri-

Χειρίσοφος δὲ οὐ παρῆν) ἔρχονται πρὸς Ξενοφῶντα, καὶ λέγουσιν ὅτι μεταμέλοι αὐτοῖς, καὶ δοκοίη κράτιστον εἶναι, πλεῖν εἰς Φᾶσιν, ἐπεὶ πλοῖα ἐκεῖ ἐστι, καὶ κατασχεῖν τὴν Φασιανῶν χώραν. Αἰήτου δ' * υἱὸς ἐτύγχανε βασιλεύων αὐτῶν.

κγ'. Ξενοφῶν δ' ἀπεκρίνατο, ὅτι οὐδὲν ἂν τούτων εἴποι εἰς τὴν στρατιάν· ὑμεῖς δὲ συλλέξαντες, ἔφη, εἰ βούλεσθε, λέγετε. ἐνταῦθα ἀποδείκνυται Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς γνώμην, μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἑαυτοῦ ἕκαστον λοχαγοὺς πρῶτους πειρᾶσθαι πεῖσαι. καὶ ἀπελθόντες ταῦτα ἐποίουν.

ΚΕΦ. ζ'.

ΟΙ δὲ στρατιῶται ἀνεπύθοντο ταῦτα πραττόμενα. καὶ ὁ Νέων λέγει, ὡς Ξενοφῶν ἀναπεπεικὼς τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς, διανοεῖται ἄγειν ἐξαπατήσας τοὺς στρατιώτας πάλιν εἰς Φᾶσιν. ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, χαλεπῶς

Cheriſophi legatus erat) Xenophontem adeunt, ac ſui ſe conſilii pœnitere aiunt, optimum jam ſibi videri, ut quia navigia non deſunt, Phaſin navigando peterent, ac Phaſianorum agrum occuparent. His id temporis Æetæ filius cum imperio præerat.

23. Xenophon ſe de his ad exercitum relaturum negabat. Vos, inquit, ſi quidem ita voletis, advocatis in concionem militibus hæc exponite. Tum Dardanenſis Timaſio, indicata ſententia ſua, vocandum ad concionem militem negat: ſed ſingulos primum adniti debere, ut ſuos cohortium ductores in hanc ſententiam adducerent. Itaque digreſſi à ſe invicem, quod ille ſuaſerat, agebant.

CAP. VII.

INaudierant jam milites hæc agi, & Neo Xenophontem aiebat, pertractis in ſententiam ſuam ducibus cæteris, rurſum cogitare de hoc, ut milites circumventos in Phaſin duceret. Quæ quum milites intellexiſſent, graviter moleſteque

λεπτῶς ἔφερον. καὶ σύλλογοι ἐγίγνοντο, καὶ κύκλοι συνίσταντο, καὶ μάλα φοβεροὶ ἦσαν, μὴ ποιήσαιεν οἷα καὶ τοὺς τῶν Κόλχων κήρυκας ἐποίησαν, καὶ τοὺς ἀγορανόμους. ὅσοι γὰρ μὴ εἰς τὴν θάλατταν κατέφυγον, κατελεύσθησαν.

β΄. Ἐπεὶ δὲ ᾐσθάνετο ὁ Ξενοφῶν, ἔδοξεν αὐτῷ ὡς τάχιστα συναγαγεῖν αὐτῶν ἀγοράν, καὶ μὴ ἐᾶσαι συλλεγῆναι αὐτομάτους· καὶ ἐκέλευσε τὸν κήρυκα συλλέξαι ἀγοράν. οἱ δ᾽, ἐπεὶ τοῦ κήρυκος ἤκουσαν, συνέδραμον καὶ μάλα ἑτοίμως. ἐνταῦθα Ξενοφῶν τῶν μὲν στρατηγῶν οὐ κατηγόρει ὅτι ἦλθον πρὸς αὐτόν· λέγει δὲ ὧδε·

γ΄. « Ἀκούω τινὰ διαβάλλειν, ὦ ἄνδρες, ἐμὲ, ὡς ἐγὼ ἄρα ἐξαπατήσας μέλλω ἄγειν εἰς Φάσιν. ἀκούσατε οὖν μου, πρὸς Θεῶν· καὶ ἐὰν μὲν ἐγὼ φαίνωμαι ἀδικῶν, οὐ χρή με ἐνθένδε ἀπελθεῖν, πρὶν ἂν δῶ τὴν δίκην· ἂν δ᾽ ὑμῖν φαίνονται ἀδικοῦ-

τες

ſteque ferebant. Denique cœtus haberi, circuli colloquentium inſtitui, formidini omnibus eſſe, nè rurſum id patrarent, quod in Colchorum præcones, annonæque forenſis præfectos deſignaverant. Nam quotquot eorum in mare non confugerant, lapidibus erant obruti.

2. Xenophon quum rem omnem animadverteret, viſum eſt ei quamprimum milites ad concioné vocandos eſſe, neq; permittendum ut ſponte ſua coirent. Itaque præconi mandat, ut eos ad concionem advocaret. Milites, ubi præconem audiiſſent, cupide admodum concurrebant. Atque heic Xenophon nulla adverſus prætores, qui eum convenerant, accuſatione inſtituta, in hanc ſententiam loquutus eſt:

3. Audio, milites, quendam me criminari, quaſi vos fraude circumventos ad Phaſin ducturus ſim. Quapropter me dicentem, per Deos immortales, audite, ac ſi quidem apparebit, me injurium eſſe; nequaquam committendum erit, ut prius hinc diſcedam, quam pœnas dedero: ſin illos, qui me calumniantur,

τες οἱ ἐμὲ διαβάλλοντες, οὕτως αὐτοῖς χρῆσθε, ὥσπερ ἄξιον.

δ'. Ὑμεῖς δὲ ἐπίστασθε δήπου, ὁπόθεν ὁ ἥλιος ἀνίσχει, καὶ ὅποι δύεται· καὶ ὅτι ἐὰν μέν τις εἰς τὴν Ἑλλάδα μέλλῃ ἰέναι, πρὸς ἑσπέραν δεῖ πορεύεσθαι· ἐὰν δέ τις βούληται εἰς τοὺς βαρβάρους, τοὔμπαλιν πρὸς ἕω. ἔστιν οὖν ὅστις τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὡς ὁ ἥλιος ἔνθα μὲν ἀνίσχει, δύεται δ' ἐνταῦθα· ἔνθεν δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν; ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτό γε ἐπίστασθε, ὅτι ὁ βορέας μὲν ἔξω τοῦ Πόντου εἰς τὴν Ἑλλάδα φέρει, νότος δὲ εἴσω εἰς Φᾶσιν· καὶ ἀεὶ λέγετε, ὅτι ὁ βορρᾶς πνεῖ, ὡς καλοὶ πλοῖ εἰσὶν εἰς τὴν Ἑλλάδα. τοῦτο οὖν ἔστιν, ὅπως τὶς ἂν ἐξαπατήσαι, ὥστ' ἐμβαίνειν, ὁπόταν νότος πνέῃ;

ε'. Ἀλλὰ γὰρ ὑμᾶς, ὁπόταν γαλήνη ᾖ, ἐμβιβῶ. οὐκοῦν ἐγὼ μὲν ἐν ἑνὶ πλοίῳ πλεύσομαι, ὑμεῖς δὲ τοὐλάχιστον ἐν ἑκατόν; πῶς ἂν οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ἢ βιασαίμην σὺν ἐμοὶ πλεῖν μὴ βουλομένους, ἢ ἐξαπατήσας ἄγοιμι; ποιῶ δὲ ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοη-

τευθέντας

lumniantur, injurios eſſe vos ipſi compereritis, ſic eos tractetis velim, uti merentur.

4. Noſtis, ut arbitror, qua parte ſol oriatur, & ubi occidat: præterea ſi quis in Græciam tendat, ei verſus occidentem ſolem pergendum eſſe; ſin quis ad barbaros ſe conferre velit, huic vice verſa iter ad ſolis ortum eſſe dirigendum. An ergo quiſquam imponere vobis in eo poſſit, ſi ſolem dicat illic oriri, ubi occidit; & occidere, ubi oritur? Quin ne id quidem ignoramus, aquilonem extra Pontum in Græciam ducere, auſtrum intra Phaſin. Nam flante borea navigationes in Græciam ſecundas eſſe dicitis. Ergone fieri poſſit, ut ab aliquo circumventi navim auſtro flante conſcendatis?

5. At enim vos ſcilicet in naves imponam, quum tranquillum à ventis mare fuerit. Nimirum, ego navi una vehar, vos ut minimum navibus centum. Qui poterit ergo fieri, ut vel invitos vos ego mecum navigare cogam, vel ducam fraude circumventos? Verum eſto ſane decepti, & quibuſ-

dam

τηθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν· καὶ δὴ καὶ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν. γνώσεσθε δήπου, ὅτι οὐκ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐστέ· καὶ ἐγὼ μὲν ἔσομαι ὁ ἐξηπατηκὼς εἰς ὑμᾶς, ὑμεῖς δὲ οἱ ἐξηπατημένοι ἐγγὺς μυρίων, ἔχοντες ὅπλα. πῶς ἂν οὖν εἷς ἀνὴρ μᾶλλον δοίη δίκην, ἢ οὕτω περὶ αὑτοῦ τε καὶ ὑμῶν βουλευόμενος;

ϛ΄. Ἀλλ' οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι ἀνδρῶν ἠλιθίων, καὶ ἐμοὶ φθονούντων, ὅτι ἐγὼ ὑφ' ὑμῶν τιμῶμαι. καίτοι οὐ δικαίως γ' ἄν μοι φθονοῖεν. τίνα γὰρ αὐτῶν κωλύω ἢ λέγειν, εἴ τις τι δύναται, ἀγαθὸν ἐν ὑμῖν, ἢ μάχεσθαι, εἴ τις ἐθέλοι, ὑπὲρ ὑμῶν τε καὶ ἑαυτοῦ, ἢ ἐγρηγορέναι σὺν τῆς ὑμετέρας ἀσφαλείας ἐπιμελόμενον; τί γὰρ, ἄρχοντας αἱρουμένων ὑμῶν ἐγὼ τινι ἐμποδών εἰμι; παρίημι, ἀρχέτω· μόνον ἀγαθόν τι ποιῶν φαινέσθω.

ζ΄. Ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ περὶ τούτων τὰ εἰρημένα. εἰ δὲ

dam quaſi præſtigiis à me dementati ad Phaſin perveniatis, atque etiam in terram ipſam deſcendamus. Nimirum vos in Græcia non eſſe animadvertetis, & ego ſcilicet is ero, qui vos unus, hominum fere ad ccıɔɔ, qui quidem armati etiam ſint, deceperit. Qui poſſit unus homo in ſupplicii periculum certius ſe conjicere, quam ſi hoc pacto tum ſibi tum vobis conſulat?

6. Enimvero ſermones hi ſtultorum hominum ſunt, ac invidentium mihi, quod honore me proſequamini. At non jure mihi invident. Nam quem hominum ego impedio, quo minus vel apud vos proferat, ſi quid, ex uſu quod ſit, proferre habeat: vel pro vobis ac ſeipſo pugnet, ſi ita velit: vel ſollicite veſtra cauſſa vigilet, ut vos ſecuri ſitis? Quid item, quum vos magiſtratus legitis, ego ne cuiquam ſum impedimento? Immo vero cedo alii: per me licet imperet, modo ſe commodum veſtrum procurare declaret.

7. Enimvero ſatis eſt mihi, tantum hac in parte dixiſſe. Quod ſi

δέ τις ὑμῶν ἢ αὐτὸς ἂν ἐξαπατηθῆναι οἴεται ταῦτα, ἢ ἄλλον ἐξαπατῆσαι ταῦτα λέγων, διδασκέτω. ὅταν δὲ τούτων ἅλις ἔχητε, μὴ ἀπέλθητε, πρὶν ἂν ἀκούσητε, οἷον ὁρῶν ἐν τῇ στρατιᾷ ἀρχόμενον πρᾶγμα, ὃ εἰ ἔπεισι, καὶ ἔσται οἷον ἐπιδείκνυσιν, ὥρα ἡμῖν βουλεύεσθαι περὶ ἡμῶν αὐτῶν, μὴ κάκιστοί τε καὶ αἴσχιστοι ἄνδρες φαινώμεθα καὶ πρὸς Θεῶν, καὶ πρὸς ἀνθρώπων, καὶ φιλίων, καὶ πολεμίων, καὶ καταφρονηθῶμεν."

η'. Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ στρατιῶται, ἐθαύμασάν τε τί εἴη, καὶ λέγειν ἐκέλευον. ἐκ τούτου ἄρχεται πάλιν· "Ἐπίστασθέ που, ὅτι χωρία ἦν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς βαρβαρικοῖς φίλια τοῖς Κερασουντίοις, ὅθεν κατιόντες τινὲς καὶ ἱερεῖα ἐπώλουν ἡμῖν, καὶ ἄλλα ὧν εἶχον. δοκοῦσι δέ μοι καὶ ὑμῶν τινὲς εἰς τὸ ἐγγυτάτω χωρίων τούτων ἐλθόντες, ἀγοράσαντές τι πάλιν ἐλθεῖν.

θ'. Τοῦτο

ſi quis veſtrûm in hoc vel ſeipſum eſſe circumventum putat, vel alium his decipi ait, hoc ipſum exponat. Nunc, ubi de his ſatis actum, ne prius diſcedite, quam audiveritis, cujuſmodi facinus in exercitu jam cœpiſſe videam; quod ſi porro ſerpſerit, ac evaſerit eo, quo evaſurum videtur; tempus eſt, ut mature nobis conſulamus, ne pariter & erga Deos, & homines, & fœderatos, & hoſtes, omnium flagitioſiſſimos & impuriſſimos nos declaremus, atque etiam contemnamur.

8. Quæ verba quum milites audiiſſent, quid illud eſſet, mirati; hortabantur, ut rem omnem exponeret. Tum rurſus initio dicendi facto, Xenophon: Scire vos arbitror, inquit, barbarorum in montibus oppida quædam fuiſſe, fœdere Ceraſuntiis conjuncta, de quibus nonnulli deſcendebant, ac nobis vendebant victimas, aliaſque res, quarum ipſis erat copia. Veſtrûm etiam nonnullos exiſtimo in horum oppidum, quod proxime à nobis aberat, profectos emiſſe quædam, ac deinde in caſtra revertiſſe.

9. Id

θʹ. Τοῦτο καταμαθὼν Κλεάρετος ὁ λοχαγὸς ὅτι μικρὸν εἴη, καὶ ἀφύλακτον, διὰ τὸ φίλιον νομίζειν εἶναι, ἔρχεται ἐπὶ αὐτοὺς νυκτὸς, ὡς πορθήσων, οὐδενὶ ἡμῶν εἰπών. διενενόητο δὲ, εἰ λάβοι τὸ χωρίον, εἰς μὲν στράτευμα μηκέτι ἐλθεῖν, ἐμβὰς δ' εἰς πλοῖον, ἐν ᾧ ἐτύγχανον ὄντες σύσκηνοι οἱ αὐτοῦ παραπλέοντες, καὶ ἐνθέμενος εἴ τι λάβοι, ἀποπλέων οἴχεσθαι ἔξω τοῦ Πόντου.

ιʹ. Καὶ ταῦτα συνωμολόγησαν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ πλοίῳ σύσκηνοι, ὡς ἐγὼ νῦν αἰσθάνομαι. παρακαλέσας οὖν ὁπόσους ἔπειθεν, ἦγεν ἐπὶ τὸ χωρίον. πορευόμενον δὲ αὐτὸν φθάνει ἡμέρα γενομένη, καὶ συστάντες οἱ ἄνθρωποι, ἀπὸ ἰσχυρῶν τόπων βάλλοντες καὶ παίοντες, τόν τε Κλεάρετον ἀποκτείνουσι, καὶ τῶν ἄλλων συχνούς· οἱ δέ τινες καὶ εἰς Κερασοῦντα αὐτῶν ἀποχωροῦσι.

ιαʹ. Ταῦτα δ' ἦν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἡμεῖς δεῦρο ἐξωρμῶμεν πεζῇ.

9. Id vero parvum eſſe, poſteaquam cohortis ductor Clearatus animadvertiſſet, itemq; nullo præſidio munitum, quod nobis illi ſe amicos eſſe crederent: noctu ad homines ſpe direptionis accedit, re cum nemine noſtrûm communicata. Et erat ipſius ea ſententia, ut ſi cepiſſet oppidum, nunquam in caſtra rediret: ſed conſcenſa navi, qua contubernales ipſius forte tum litus legebant, inque hac ipſa rebus iis, quas cepiſſet, impoſitis; extra Pontum navigando ſe proriperet.

10. Ac de his ita inter ipſum & contubernales in navi convenerat, uti nunc animadverto. Quum igitur concitaſſet, quoſcunque perſuadendo adducere poterat, ad oppidum eos duxit. Interea dum in itinere pergit, dies ipſum antevertit, hominumque concurſu facto, qui de locis munitis & jaculis hos, & ictibus petebant, non Clearatus ſolum, ſed cum eo complures ex aliis etiam occumbunt, nonnullis Ceraſuntem ſe recipientibus.

11. Hæc eo geſta ſunt die, quo nos huc itinere pedeſtri pergere cœpimus.

πεζῇ. τῶν δὲ παραπλεόντων ἔτι τινὲς ἦσαν ἐν Κερασοῦντι, οὔπω ἀνηγμένοι. μετὰ τοῦτο, ὡς οἱ Κερασούντιοι λέγουσιν, ἀφικνοῦνται τῶν ἐκ τοῦ χωρίου τρεῖς ἄνδρες τῶν γεραιτέρων, πρὸς τὸ κοινὸν τὸ ἡμέτερον χρῄζοντες ἐλθεῖν.

ιβʹ. Ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς οὐ κατέλαβον, πρὸς τοὺς Κερασουντίους ἔλεγον, ὅτι θαυμάζοιεν, τί ἡμῖν δόξειεν, ἐλθεῖν πρὸς αὐτούς. ἐπεὶ μέντοι σφᾶς λέγειν ἔφασαν, ὅτι οὐκ ἀπὸ κοινοῦ γένοιτο τὸ πρᾶγμα, ἥδεσθαί τε αὐτοὺς, καὶ μέλλειν πλεῖν δεῦρο, ὡς ὑμῖν λέξειν τὰ γενόμενα, καὶ τοὺς νεκροὺς θάπτειν αὐτοὺς κελεύειν λαβόντας τοὺς τούτου δεομένους. τῶν δ᾽ ἀποφυγόντων τινὲς Ἕλληνες ἔτυχον ἔτι ὄντες ἐν Κερασοῦντι. αἰσθόμενοι δὲ τοὺς βαρβάρους ὅποι ἴοιεν, αὐτοί τε ἐτόλμησαν βάλλειν τοῖς λίθοις, καὶ τοῖς ἄλλοις διεκελεύοντο. καὶ οἱ ἄνδρες ἀποθνήσκουσι, τρεῖς ὄντες, οἱ πρέσβεις, καταλευσθέντες.

ιγʹ. Ἐπεὶ

cœpimus. Eorum vero, quibus litus legendum erat, nonnulli necdum Ceraſunte ſolverant, ſed adhuc iſtic hærebant. Nec multo poſt, uti quidem Ceraſuntii narrant, ab oppido tres viri ætate graves veniunt, qui communitatem hanc noſtram convenire vellent.

12. Hi quum nos iſtic non offendiſſent, aiunt ad Ceraſuntios, mirari ſe, quamobrem viſum nobis fuerit ipſos invadere. Quum Ceraſuntii reſpondiſſent, non communi exercitus conſilio facinus admiſſum eſſe; gratum hoc ſibi eſſe dicunt, adeoq; navigaturos huc ad nos, ut quid accidiſſet, nobis exponerent, & cadavera recipere ad ſepulturam juberent, eos qui vellent. Erant tunc adhuc Ceraſunte Græci quidam, ex eis qui eo fuga ſe receperant. Hi quum animadvertiſſent, quo barbari tenderent, non ipſi ſolum auſi ſunt lapides in eos conjicere, ſed alios etiam, ut idem facerent, hortari. Quo factum, ut homines hi, tres numero, & legati, lapidibus obruti, vitam cum morte commutarint.

 13. Hoc

ιγ'. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, ἔρχονται πρὸς ἡμᾶς οἱ Κερασούντιοι, καὶ λέγουσι τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡμεῖς οἱ στρατηγοὶ ἀκούσαντες, ἠχθόμεθα τοῖς γεγενημένοις, καὶ ἐβουλευόμεθα σὺν τοῖς Κερασουντίοις, πῶς ἂν ταφείησαν οἱ τῶν Ἑλλήνων νεκροί. συγκαθήμενοι δ' ἔξωθεν τῶν ὅπλων, ἐξαίφνης ἀκούομεν θορύβου πολλοῦ, παῖε, παῖε, βάλλε, βάλλε. καὶ τάχα δὴ ὁρῶμεν πολλοὺς προσθέοντας, λίθους δ' ἔχοντας ἐν ταῖς χερσὶ, τοὺς δὲ καὶ ἀναιρουμένους.

ιδ'. Καὶ οἱ μὲν Κερασούντιοι, ὡς ἂν καὶ ἑωρακότες τὸ παρ' ἑαυτοῖς πρᾶγμα, δείσαντες ἀποχωροῦσι πρὸς τὰ πλοῖα. ἦσαν δὲ νὴ Δία οἳ καὶ ἡμῶν ἔδεισαν. ἔγωγε μὴν ἦλθον πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἠρώτων ὅ,τι ἐστὶ τὸ πρᾶγμα. τῶν δ' ἦσαν μὲν οἳ οὐδὲν ᾔδεσαν, ὅμως δὲ λίθους εἶχον ἐν ταῖς χερσίν. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰδότι τινὶ ἐνέτυχον, λέγει μοι ὅτι οἱ ἀγορανόμοι δεινότατα ποιοῦσι τὸ στράτευμα.

ιε'. Καὶ ἐν τούτῳ τὶς ὁρᾷ τὸν ἀγορανόμον Ζήλαρχον πρὸς

τὴν

13. Hoc facinore deſignato, veniunt ad nos Ceraſuntii, remque omnem narrant. Ea cognita, nos duces graviter moleſteque ferre, quod accidiſſet; & quo pacto Græcorum cadavera ſepulturæ mandari poſſent, cum Ceraſuntiis deliberare. Quum forte hoc modo extra caſtra conſideremus, ſubito tumultum ingentem clamantium audimus: Cæde, cæde, feri, feri. Nec mora, multos adcurrentes videmus, qui partim lapides in manibus habebant, partim eos tollebant.

14. Heic Ceraſuntii, qui facinus illud apud ſe deſignatum vidiſſent, territi ad naves ſe recipiunt. Etiam nonnulli profecto noſtrûm ſibi metuebant. Verum ego ad eos acceſſi, & quid rei eſſet, interogavi. Ignorabant hoc illorum plerique, ac nihilominus lapides manibus tenebant. Tandem quum in quendam incidiſſem, qui rem intelligeret; narrat is mihi, forenſis annonæ præfectos graviſſime exercitum affligere.

15. Atque heic quidam Zelarchum annonæ præfectum ad mare

τὴν θάλατταν ἀναχωροῦντα, καὶ ἀνέκραγεν· οἱ δ', ὡς ἤκουσαν, ὥσπερ συὸς ἀγρίου ἢ ἐλάφου φανέντος, ἵενται ἐπ' αὐτόν. οἱ δὲ Κερασούντιοι, ὡς εἶδον ὁρμῶντας καθ' ἑαυτούς, νομίσαντες ἐπὶ σφᾶς ἵεσθαι, φεύγουσι δρόμῳ, καὶ ἐμπίπτουσιν εἰς τὴν θάλατταν. συνεισέπεσον δὲ καὶ ἡμῶν αὐτῶν τινες, καὶ ἐπνίγετο ὅστις μὴ ἐτύγχανεν ἐπιστάμενος νεῖν.

ιϛ'. Καὶ τούτους τί δοκεῖτε; ἠδίκουν μὲν οὐδέν, ἔδεισαν δὲ μὴ λύσσα τις ὥσπερ κυσὶν ἡμῖν ἐμπεπτώκοι. εἰ οὖν ταῦτα τοιαῦτα ἔσται, θεάσασθε οἵα ἡ κατάστασις ἡμῖν ἔσται τῆς στρατιᾶς. ὑμεῖς μὲν οἱ πάντες οὐκ ἔσεσθε κύριοι οὔτ' ἀνελέσθαι πόλεμον ᾧ ἂν βούλησθε, οὔτε καταλῦσαι· ἰδίᾳ δὲ ὁ βουλόμενος ἄξει στράτευμα ἐφ' ὅ,τι ἂν ἐθέλῃ. κἄν τινες πρὸς ὑμᾶς ἴωσι πρέσβεις ἢ εἰρήνης δεόμενοι, ἢ ἄλλου τινός, κατακαίνοντες τούτους οἱ βουλόμενοι, ποιήσουσιν ὑμᾶς τῶν λόγων μὴ ἀκοῦσαι τῶν πρὸς ὑμᾶς ἰόντων. ἔπειτα δὲ οὓς μὲν ἂν ὑμεῖς ἅπαντες ἕλησθε ἄρχοντας, ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ ἔσονται· ὅστις

δ'

